In nomine ſancte & individue Trinitatis. Philippus Dei gratia Archiepiscopus ſancte Eccleſie filiis preſentibus & futuris in perpetuum. Humana infirmitas prona ad contradictionem aliquando in tantum excedit, ut ea, que juſte & laudabiliter ſunt facta, temptet mutare vel infringere auſu reprehenſibili: ob hanc cauſam valde eſt utile & neceſſarium, ea, que in Eccleſiis Dei conferuntur, confirmari majorum authoritate: ſic enim indempnitati Eccleſiarum feliciter proſpicitur & temeritas preſumentium, quod non licet, aliquatenus videtur cohiberi. Notum itaque ſit chriſtiane religionis hominibus nos vineas, quas in Sigenheim a Comite Henrico de Keſſele & a Wernero de Brunshorn & ab Emmelrico de Renbag de noſtris bonis acquiſivimus, Eccleſie majori dediſſe ſuper altare beati Petri, ut ſtipendia fratrum inde acciperent ampliа-

pliationem. Poſt donationem a nobis ſolempniter factam in preſentia multorum noſtro banno, ſicut juſtum eſt, eos ligavimus, qui aliquo in tempore vineas prenarratas a majori Eccleſia auferrent, vel in ipſis vineis aliquam inferrent injuriam Canonicis majoris Eccleſie. Ad recompenſationem eorum, que nos dedimus in obtinendis vineis major Eccleſie in nos contulit quadraginta marcas. Hanc ſummam pecunie & majorem dedimus Landtgravio propter caſtra & predia, que ab ipſo emimus Eccleſie Colonienſi & noſtris ſucceſſoribus (*). Ut autem hec maneant inconvulſa, & transmittantur ad noticiam poſterorum, cartam iſtam juſſimus conſcribi & noſtro communiri ſigillo, ſtatuentes & ſub pena excommunicationis diſtricte precipientes, ne aliquis his, que a nobis ſunt facta, contraire preſumat: & ſiquis hoc attemptaverit, noverit ſe ſubjectum maledictioni & excommunicationi. Acta ſunt hec anno dominice incarnationis M. C. LXXXVIII. Teſtes iſtorum ſunt iſti: Bruno major prepoſitus & Archidiaconus, Adolfus major Decanus & Archidiaconus, Lotharius Bonnenſis Prepoſitus & Archidiaconus, Godefridus ſancti Gereonis Prepoſitus, Theo-

Theodericus ſanctorum Apoſtolorum Prepoſitus, Bruno Prepoſitus ſancte Marie ad Gradus, Ulricus Capellarius, Rudolphus ſecundus Decanus, Johannes Choriepiscopus, Rudolphus magiſter Scolarum & reliqui majoris Eccleſie Canonici; Nobiles, Theodericus de Hoſtaden, Otto de Wickerode, Gerhardus Comes de Are, Everhardus Comes de Seyne, Gerhardus de Deiſt, Gerhardus de Randenrode; Miniſteriales, Gerhardus Advocatus Colonienſis, Herimannus filius ejus, *Henricus de Wolmunſteine*, *Gerhardus frater ejus*, Richzo de Mulenheim, Wilhelmus Scilling, Herimannus Camerarius; Burgenſes, Gerhardus Thelonearius, Ricolfus par — — —, Henricus de foro.

*) Wer der Landgraf und was für Schlösser es gewesen, die der Erzb. Philip an sich gebracht hat, sagt uns die Urkunde von 1197 im 3. B der acad. Beitr. zur Gülich- und Bergischen Gesch. Bei Kremer, S. 63: und ein altes Verzeichniß aus dem Ende des 12. Jahrhunderts sagt uns, für welche Summe der Ankauf geschehen sey. Item, heißt es daselbst, de allodio Lantgravii Nuweburg, Windecke, Wiede,

Wiede, Bileſtein & de allodio ſuo IIIc. Marcas. (pro) IIIIm. & VIIc. Marcis. Mille CC. ſolute ſunt.

Num. 9. Lit. C.

Philippus Erzb. von Köln legt die zwiſchen dem Stift S. Gereon in Köln und den Einwohnern der Kirchſpiele Derne, Metlar und Kurl entſtandenen Irrungen über den Garbenzehnten daſelbſt bei. 1189.

Ex Originali Archivi Capenberg.

In nomine ſancte & individue Trinitatis †. Philippus divina favente clementia Colonienſis Archiepiſcopus, omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris in perpetuum. Ex injuncto nobis a Deo preſulatus officio tenemur ea, que Eccleſiis (*) vel ipſis nobis commiſſis neceſſaria noſtris aguntur temporibus noſtra auctoritate confirmare. Inde eſt, quod notum eſſe volumus tam pre-

presentibus quam posteris Christi fidelibus, quod Ecclesia beati Gereonis in Colonia Decimas quasdam in Westfalia, in Decanatu Tremoniensi in parrochiis Derne, Methlere, Curlare & in bonis Cappenbergensis Ecclesie, que infra parrochias Derne, Methlere sita sunt, & in quatuor domibus apud Hudinchusen possidet, de quibus certa pensio eidem Ecclesie in festo sancti Jacobi pro manipulis ex antiquo tempore annuatim solvi solebat. Cum vero fratres predicte Ecclesie homines illos, qui has decimas solvebant, in collectione manipulorum gravare quandoque attentarent, & illi rebelles resisterent; nos sollerti cura providere volentes, ne malum aliquod inde oriretur, partes nostras ad sopiendam hanc litem interposuimus; & nostro ac prudentum nostrorum consilio ita inter eos transactum est; quod prefati homines pro emendo allodio ad usus Ecclesie beati Gereonis centum marcas contulerunt, ea ratione, quod Ecclesia illa exfestucata collectione manipulorum, preter minutam Decimam & quandam summam tritici cum Denariis ad idem pertinentibus, supradicta pensione, quam jam dicti homines pro redemptione manipulorum antiquitus per-

persolvebant, contenta erit; nec sepedictos homines vel eorum successores de cetero inde gravabit. Hoc etiam adjecto. quod siquis de predicta pensione portionem suam in festo sancti Jacobi non persolverit, ad viginti dies vel tripliciter componat, vel sine citatione excommunicetur. Ut autem hec rata & inconvulsa permaneant, presentem paginam in confirmationem hujus facti conscribi & sigilli nostri corroboratione signari fecimus; ad majorem cautelam sigillum Ecclesie beati Gereonis & sigillum Ecclesie sancte Marie ad Gradus, in cujus jurisdictione Decime ille site sunt, apponi jussimus, statuentes & sub vinculo banni precipientes, nequis hoc factnm mutare vel infringere attemptet; quod siquis fecerit, omnipotentis Dei & beati Petri offensam incurrat, & nisi resipuerit, perpetuo anathemati se subjacere cognoscat. Hujus rei testes sunt Bruno major in Colonia Prepositus, Adolfus major Decanus, Lotharius Bunnensis Prepositus, Cunradus Xanctensis Prepositus, Godefridus Prepositus & totus Conventus sancti Gereonis, Theodericus Prepositus sanctorum Apostolorum, Bruno Prepositus sancte Marie ad Gradus, Theodericus ibidem Decanus,

Theo-

Theodericus de Mereheim, Everwinus de Stalberg, Gerardus Precentor, Pyramus magiſter Scolarum & univerſi ejusdem Eccleſie Canonici, Arnoldus Decanus Tremonienſis; Heinricus Comes de Arnesberg & filii ſui Heinricus & Godefridus, Herman Comes de Ravenisberg, Symon Comes de Tiegneborg, Heinricus Comes de Dale, Arnoldus Comes de Altena, Fridericus Comes de Altena, Engelbertus Comes de Monte, Heinricus de Vure, Gerardus Advocatus Colonienſis, *Heinricus de Volmutſteyne*, *Gerardus frater ſuus*, *Gozwinus de Volmutſteyne*, Hermannus Scoltetus ſoſatienſis, Brunſtenus ſoſatienſis, Lodewicus de Waltdorp, Lodewicus de Derne, Herbordus de Swanesbule, *Albertus Comes Tremonienſis* (**). Acta ſunt hec anno dominice Incarnationis M°. C°. LXXX^{c}. IX°. Indictione VII^{a}. regnante Frederico Romanorum Imperatore Auguſto & filio ejus Rege Heinrico †.

(L.S.) (L.S.) (L.S.)

Die drei auf weiſſem Wachſe gedruckten Siegel ſind jetzt von der Urkunde getrennt, und ſcheinen von den noch an der Urkunde

han-

hangenden seidenen Fäden rother und grüner Farbe abgeschnitten zu sein. Das des Erzbischofes ist groß parabolisch gespizt, stellt einen sitzenden Erzbischof vor mit der Bischofsmütze auf dem Haupt, dem Stabe in der rechten und einem offenen Buche in der linken Hand. Die umlaufende Schrift heißt: † Philippus. di. gra. colonienſis. archiepc.

Das andere Siegel hat dieselbe Gestalt, stellt einen stehenden Mann in Kriegskleidung vor, der mit einem Schwerd umgürtet ist und in der Rechten eine Fahne hält. Die Umschrift ist zum Theil verwittert außer den Worten: † - - - - - - - - eonis Ducis & mr.

Das dritte Siegel ist cirkelrund, stellt die h. Maria mit dem Jesukindlein sitzend vor, und hat die Umschrift: † Sc̄a Maria in gradibus colonie.

*) Der Anfangsbuchstabe dieses einzigen Wortes hat ein geschweiftes e.

**) Es scheint auffallend, daß am Ende der Zeugen und zwar (in Vergleichung mit den vorhergehenden Urkunden) der Dienstleute noch ein Graf vorkommt, da die übrigen Grafen alle zuerst stehen: das

Son-

Sonderbare verschwindt aber, wenn man sich unter den zuerst gesetzten Grafen die aufsteigenden oder aufgestiegenen Territorialherren zu Arnsberg, Ravensberg ꝛc. unter dem zulezt genennten Grafen aber nur den Freigrafen (Comitem liberum de Tremonia) oder Kaiserlichen Richter zu Dortmund und in dem seinem Amte unterworfenen Bezirke, Freigrafschaft genannt, vorstellet. Vergl. Münst. Beitr. 3. B. Seite 243. Grafen von lezterer Art findt man fast in allen Städten Westfalens, und zwar so lange, bis sie das freigräfliche Gericht an sich brachten, oder sich davon befreiten, das bei einigen frühe, bei einigen spät, und bei vielen gar nicht geschah.

Num. 9. Lit. D.

Erzb. Philip bestätigt dem Kloster Wedinghausen die Zehnten in Marsfeld und Wande. 1190.

Ex Gelenii Mspt. Tom. 21. pag. 505. & ex Orig., quod in Monast. Wedinghusano asservatur.

In nomine sancte & individue Trinita-

tis. Ego Philippus Dei gratia ſancte colonienſis Eccleſie Archiepiſcopus univerſis Chriſti fidelibus in perpetuum. Quoniam que rationabiliter & pie facta ſunt, decet intemerate ſervari, notum facimus Chriſti fidelibus, quod dilectus noſter Hermannus de Rudenberg decimam Marsfeld, quam a nobis in beneficio tenuit, nobis reſignavit, petens ut in memoriam patris ſui Conradi (*) eadem decima Monaſterio Wedinghuſen aſſignaretur. Nos igitur piis votis ejus annuentes eandem decimam dicto Monaſterio donavimus. Dilectus etiam Everhardus de Ardey decimam Wande, quam a nobis habuit, reſignans dari dicto Monaſterio petiit, cujus votis ſimiliter annuimus. Nos etiam quicquid decimarum emergit de novellis agris attinentibus Marsfelde & Wande, predicto Monaſterio addiximus. Ut autem hec rata & inconvulſa permaneant, preſentem paginam ſigillo noſtro munimus, authoritate Dei & beati Petri pape & noſtra ſancientes ſub banno, nequis hominum de hiis aliquid immutare preſumat. Teſtes Bernardus Prepoſitus ſoſatienſis, Theodericus Decanus de Gradibus, Pilegrinus Decanus ſoſatienſis; Patronus ipſius Monaſterii Henricus

Co-

Comes de Arnesberg & filii sui Henricus & Godefridus, Reinerus de Froyzepracht, Henricus de Vore, *Henricus de Volmunsteine*, Godescalcus de Pathberg, Volkerus de Tuinen & Fredericus filius ejus. Acta sunt hec anno incarnationis Domini millesimo centesimo nonagesimo, indictione octava, regnante Frederico Romanorum imperatore Augusto & Henrico filio ejus Romanorum Rege glorioso.

(L.S.)

*) Hier sehe ich mich genöthigt, Etwas von der Familie von Rudenberg, von der später die Strombergische und Rudenbergische Hauptlinien ausgingen, aus den mir zu Gesicht gekommenen Urkunden beizubringen. Denn ich sehe ungern, daß man auf Geradewol und ohne hinreichenden Grund Stammtafeln aufrichtet und niederstürzt.

Höher als 1166 kann man bis jezt die **Rudenbergische** Stammtafel nicht aufführen. Denn obgleich Rathard von Rudenberg schon 1152 erscheint (S. oben

die

die Urk unter Num. 4. lit. B.) so bleibt uns doch ungewiß, ob er der Vater der beiden Brüder Conrad und Nabodo von Rudenberg war; und wir dürfen die gewisse Rudenbergische Stammtafel erst mit diesen zwey Brüdern anfangen. Alles, was ich nun davon sagen möchte, kann ich wohl nicht kürzer und nicht deutlicher als in einem mit Anmerkungen begleiteten Stammbaume vortragen.

MN. und

Ad Num. 58.

NN. und Gisela (a) Eheleute besassen das Schloß Stromberg

Godfried und Gisela von Stromberg (b) - Conrad I. (c) und Rabodo (d) Gebrüder v. Rudenberg 1166 — 1179.

Hermann I. (e) v. Rudenberg 1177 — 1244. | Heinrich I. (f) v. Stromberg 1177 — 1196.

Conrad II. (g), W. (h), Alheid (i)
1221 — 1253
Burggr. v. Stromberg und Rudenberg

Heinrich II. (k), verm mit Rikese (l) 1273 — 1297 Burggr. v. Stromb. | Conrad III. (m), v Rudenberg v. mit Elisabet, | Godfrid (n), v. Rudenberg | Stifter der Rudenb. Linien. | Johann I. (o), Can. zu Minden. | Kunegund (p) verm. mit NN.

Hermann II. (q), Burggr. von Stromb. 2mal vermählt 1277 — 1340. | Ludolf (r), Heinrich III. (s), Jutta (t), Adelheid (u)

Heinrich IV. (x), Burggr. von Stromb v. mit Lise v. Volmestein 1318 — 1340. | Rixe, Christine, Alheid, Jutte, Gertrud, Kunegund.

Herman, | Johann II (y), 1370 | Thiderich, | Agnes.

Heinrich V. (z)
1403.

Johann III. Sophie
waren 1403 noch Kinder.

a) Ihrer gedenkt die Urkunde des Münsterischen Bischofes Hermann von 1177, als dieser nach Absterben ihres Sohnes Godfrid das Schloß Stromberg ihren Enkeln, Hermannen und Heinrichen von Rudenberg ihrer Tochter Giselen Söhnen, zu Lehn reichte. Eine andere Urkunde desselben Bischofes von 1188 gedenkt ihrer gleichsfalls als der Großmutter (Avia) der erwähnten Gebrüder Hermann und Heinrich: consentiente avia ipsorum, heißt es darin, Domina Gisla de Stromberch.

b) Godfrid und seine Schwester Gisela kommen in der erwähnten Urk von 1177 vor. S. Kleinsorgs Kirchengeschichte II. Theil, Seite 72. Gisla war vor 1185 schon verstorben, wie es eine Urk. von diesem Jahre bezeugt, und uns sagt, daß sie die Gemahlinn Conrads von Rudenberg und die Mutter Hermanns und Heinrichs gewesen war.

c) Conrad I. von Rudenberg erscheint mit seinem Bruder Rabodo in der Urk. von 1166 zum erstenmal (S. Urk im 2. B. der Münst. Beitr. Num 32); dann in mehrern Urkunden von 1170, 1173, 1175, 1177, 1178 und 1179. Eine Urkunde von 1185 gedenkt zwar seiner, jedoch unbestimmt ob todt oder lebend: in

in gegenwärtiger von 1190 aber wird er als verstorben aufgeführt. Er heißt immer von Rudenberg; sein Bruder

d) Rabodo aber nahm den Beinamen: von der Mark an. So heißt er in der Stiftungsurkunde von Bredelar 1170 und in der Urk. von 1174 Num. 5. lit. B. hier oben. Man vergleiche hiermit das, was ich in dem Aufsatz: betitelt: die Grafschaft Mark in ihren Anfängen §§i 4, 5, 6 und 7 bereits 1797, wo dieser im 3 Stück des Magazins für Westfalen abgedruckt wurde, gesagt habe, und dem ich jezt nur noch hinzusetze, daß schon um selbe Zeit das Schloß Mark erbauet war, wie solches in der Urk. des Pabstes Lucius, mit welcher er dem Erzb. Philip die erworbenen Güter, und unter andern auch „Castrum Marka cum toto allodio Rabodonis & cum attinentiis & Ministerialibus suis" bestätigte, deutlich enthalten ist.

e) Hermann I. von Rudenberg kommt mit seinem Bruder Heinrich 1177 zum erstenmal zum Vorschein, (S. Note a. hier oben) und zwar als Enkel der Gisla von Stromberg und als Söhne der Gisla, welche eine Tochter der eben berührten

Gisla

Gisla von Stromberg war. Eine Menge Urkunden von 1182 bis mit 1244 gedenken seiner als lebend. Er heißt stets von Rudenberg oder vir nobilis de Rodenberg; und in der Urk. seines Sohnes von 1246 wird er Burggraf von Rudenberg genennet. Nur ein einziges Mal habe ich gefunden, daß er sich nach seines Bruders Tode im Jahre 1206 Burggraf von Stromberg nennte. Seine Gemahlinn ist uns nicht bekannt. Sein Sohn Conrad erscheint zweimal mit ihm in den Urkunden, das erste Mal 1221, das andere Mal 1235, wo es heißt: „H. vir nobilis de Rodenberg & C. filius ejus Burgravius in Stromberg.“

f) Heinrich I. von Rudenberg erscheint mit seinem Bruder Hermann I. in den Urk. von 1177, 1185, 1188 und 1196, wo er den Beinamen von Stromberg führte, ohne Zweifel, weil zwischen ihm und seinem Bruder eine Theilung vorgefallen ist, in der ihm Stromberg, wie seinem Bruder Rudenberg zugetheilt worden war. Man Man sehe die Urk von 1196 hier unten Num 13. — Nach 1196 habe ich ihn in keiner Urkunde mehr entdecket, und auch keine Nachkommenschaft von ihm. Deswegen fiel Stromberg nach seinem Tode

auf seinen Bruder Hermann, der 1206 sich davon schrieb, und dessen Enkel sich wieder in die Burggrafschaften theilten.

g) Conrad II. tritt 1221 zum erstenmal mit seinem Vater Hermann I. von Rudenberg auf, wo sie beim Verzicht des Grafen Volquin von Schwalenberg auf die Güter Stapelage Zeugen waren. Die Urkunde soll beim Schaten, den ich nicht zur Hand habe, abgedruckt seyn. Seit 1223 bis mit 1253 heißt er stets Burggraf von Stromberg. Die Urk von 1273 im 3. Anhange zu Hobbelings Beschreib. des Stifts Münster Seite 323 gedenkt seiner als verstorben. Er hatte sich zweimal vermählet, und in jeder Ehe Kinder gezeuget. Die Namen der Frauen sind uns nicht bekannt, wohl aber ein Bruder und eine Schwester, nemlich

h) W. (vermuthlich Werner oder Wedekind) der Probst zu Minden war und einen Brief von 1246 mit seinem Bruder besiegelte; und

i) Alheid, die dem Kloster Hersebrock als Abtissinn vorstand, und auch besagten Brief von 1246 besiegelte. Conrads Siegel ist herzförmig und stellt das Strom-

bergische

bergische Wapen, die 3 Vögel im Wapenschilde vor; W. Siegel ist ovalrund und nur zur Hälfte noch übrig, weswegen von der Umschrift nur folgendes noch übrig ist: † Sigill' Wer. ni: minde. — Alheid gebrauchte zur Siegelung das Klostersiegel der heil Petronellen, wenigstens der Umschrift nach. Im Jahre 1248 war schon Kunegund Abtissinn zu Hersebrock.

k) Heinrich II. Burggraf zu Stromberg, erscheint blos in dieser Eigenschaft; seine Brüd.. aber kommen als Besitzer von Ruedenberg vor. Eine Stelle aus einer Urk. von 1278 verbreitet hierüber sowohl als über die fernere Abstammung von Heinrich II. vieles Licht: sie ist folgende „Nos Heinricus Burgravius in Stromberg - - notum esse cupimus, quod duas Curtes nostras. que appell‑ntur Westhove in parrochia Velheren sitas - - - vendidimus - - - consentiente bona voluntate uxore nostra Domina Rikeze & liberis nostris, Hermanno videlicet, Heinrico, Ludolfo, Jutta, Alheide, necnon fratribus nostris Domino Conrado, & Godefrido de Rudenberg, Johanne Canonico Mindensi & Cunegunde, vidua, sorore sua. Die Urkunde ist mit 4 Siegeln versehen.

das erste herzförmige stellt das Strom- bergische Wapenbild vor, und ist des Burggrafen Heinrichs; das 2te Siegel ist rund und stellt in einem Schilde einen aufgerichteten Hund, das Rudenbergische Wapenbild, vor, und ist des Conrads von Rudenberg; das 3te dreieckige Siegel ist des Godfrids und stellt ebenfalls den aufgerichteten Hund vor; das 4te ist das Strombergische Burgmannssiegel. — In einer Urk. von 1277 gedenkt Heinrich II. seines Vaters als verstorben, und sezt hinzu „Cui nos hereditario jure succe- dentes &c. Er kommt in verschiedenen Urkunden bis mit 1293 vor. Im Jahre 1297 war er bereits verstorben.

l) Rikese oder Rixe Heinrichs II. Gemahlinn lebte noch 1297.

m) Conraden III. von Rudenberg haben wir bereits in der Note k. kennen gelernt. Er nennt sich in der Urk. von 1273 bei Hob- beling l. c. Seite 325 ausdrücklich einen Sohn des Burggrafen Conrads II. von Stromberg, war um diese Zeit bereits vermählet, und stiftete die von nun erst anfangende besondere Linie derer von Ru- denberg. Seine Frau Elisabet und seine Söhne lernen wir aus den Urkunden von

1295

1295 und 1311 unter Num 95 und III. im 3. B. der Münst. Beitr. kennen. Mit diesen ist diese Linie dem Vermuthen nach ausgestorben: wenigstens findet man keine Urkunden mehr von ihnen. Vielleicht ward nach ihrem Erlöschen die Grafschaft Rudenberg zwischen dem Grafen Heinrich von Waldeck und Gr Wilhelm von Arnsberg 1315 getheilet, wovon P. Crombach und Turkius aus ihm den Brief anführet. Eine andere Nebenlinie derer von Rudenberg stiftete Conrads III. Bruder.

n) Godfrid Edler von Rudenberg, der von 1278 bis 1330 in vielen Urkunden vorkommt, sich in der Urk von 1304 bei Hobbeling l. c. Seite 324 einen Sohn des Burggrafen Conrads II. von Stromberg, und einen Bruder Conrads III. von Rudenberg nennet, und in einer Urk. von 1330 uns seine Frau, Kinder und Enkel bekannt macht verbis: Nos Godefridus I. nobilis vir de Rudenbergh . . . notum esse cupimus, quod nos de consensu & voluntate Godefridi II. & Hermanni filiorum nostrorum nec non liberorum Gotfridi III. filii nostri jam dicti, videlicet Godfridi, Arnoldi Engelberti & Palmanie . . . vendidimus. Er und seine Brüder besiegelten diese Urkunde, und alle 3

führ.

führten das Rudenbergische Wapenbild, nur daß in des Gotfrids Siegel noch das Strombergische Wapenbild, ein Querbalken mit 3 Vögeln, zugleich mit angebracht ist, gerade so wie der Abdruck Tab. XXIII. N. 3 bei Steinen zum 2. Th seiner Westf. Geschichte. Allem Vermuthen nach hat Steinen diesen Abdruck von dem Siegel an dieser Fröndebergischen Urkunde entlehnet, der jedoch nicht ganz genau ist. Nach einem Briefe von 1338 hatte Godfrid II. noch einen Bruder Johann, der Priester war, und noch einen Sohn, Hermann geheißen. Sein Bruder dieses Namens war mit Adelheid 1334 vermählet. Aus dieser Familie war auch Hermann von dem Rudenberg, der 1386 lebte, und Amtmann des Münsterischen Amtes Porteslar war. Sein Siegel stellte einen Hund vor, so wie das seines Bruders Hermann, der 1364 mit ihm in einer Urkunde vorkommt.

o) Johann, den wir schon aus der Note k. kennen, heißt in einer Urk von 1318 de Rodenberg, und in einer von 1271 Johannes de Minda. Er scheint von der zweiten Frau Conrads II. geboren, so wie

p) seine Schwester Cunegund, wenigstens

zielen

zielen die Ausdrücke „sorore sua" dahin. Sie war 1278 bereits Witwe.

q) Hermann II. Burggr. von Stromberg kommt seit 1277 bis 1340 in den Urkunden vor. Er war zweimal vermählet, und hatte aus beiden Ehen Kinder. Die eine Frau ist uns unbekannt; die andere erscheint in einer Urk. von 1301, und hieß Christine. Beide waren 1318 verstorben. Hermanns Siegel ist im 3. B. der Münst. Beitr. Seite 259 beschrieben.

r) Ludolf schrieb sich gleichfalls Burggraf von Stromberg, war Ritter, lebte noch 1340 und starb, soviel man weiß, unvermählet. Sein Siegel ist im 3. B. l. c. bei der 122. Urkunde beschrieben. Er gebrauchte auch ein kleineres Rücksiegel, das einen laufenden Hund vorstellt mit der Umschrift: † Secret' Ludo . . . Burchg i Strobg.

s) Heinrich III. schrieb sich nur: de Stromberg, war Ritter des deutschen Ordens, erscheint seit 1277 bis mit 1323 in den Urkunden mit seinen Brüdern, und führte in seinem Siegel ein Osterlamm mit der umlaufenden Schrift: † S'. Fris. Hinr.... Teoton... Stromberch.

t)

t) Jutta war laut Urkunden an den Edlen Wilhelm von Ardei vermählet, vergl Urk. von 1300 unter Num. 54 in diesem Bande.

u) Adelheid war die Gemahlinn Hermanns von Daverenberg laut Urkunde von 1299.

x) Heinrich IV. Burggraf von Stromberg gebrauchte 1318 noch kein Siegel, wie aus der Urk von 1318 im 3 B der Münst. Beitr. Num. 122 hervorgeht. Er hieß bei Lebzeiten seines Vaters und Vaters Bruder der jüngere Burggraf, war mit Lise von Volmestein vermählt, der er bei ihrem Absterben im Jahre 1338 ein Gedächtniß im Kloster Kentrup stiftete. Seine Schwestern werden alle namentlich in besagter Urk. von 1318 l. c. aufgeführt, Cunegund war in demselben Jahre eine Stiftsfräulein zu Wunstorpe. Brüder hatte er keine: dem ungeachtet heißt er sogar noch 1340 Primogenitus Vergl. Urk. Num 89 in dieser Geschichte. Seine Kinder waren Hermann, Johan und Thiderich, denen man noch Agnes; welche 1330 an Heinrich von Wendt verlobt wurde (S. Urk. Num. 79 in dieser Geschichte), beizehlen muß. Sie erschienen mit ihm in einer Urk. von 1338, die er,

sein

sein Vater und sein Oheim besiegelt haben. Die Siegel der beiden leztern kennen wir schon: das des Henrichs ist dasselbe, nur mit dem Unterschiede, daß im untern Theile des Wapenschildes eine Art von Hirschgeweihe (wie im Hoyaischen Wapen) zu sehen ist. Die Umschrift heißt: † S' Henrici Borchgravii in Strobg Sein Rücksiegel stellt den Buchstaben H vor mit der Umschrift: † Sec't. Henr' Borchgvii. — von seinen drei Söhnen verschwinden Hermann und Thiderich ganz aus der Geschichte:

y) Johan II. aber erscheint 1370, 1371, 1374 ꝛc. als Burggraf von Stromberg in mehrern Urkunden, aus denen hervorgehet, daß er viele Irrungen mit dem Bischofe von Münster und den Strombergischen Burgmännern hatte, die jedoch nach und nach beigelegt wurden. Sein Siegel ist dreieckig, und stellt die Strombergischen Vögel vor mit der Umschrift: † S. Johannis. Borchgravii. in Stromberghe.

z) Ob Heinrich V. Burggraf von Stromberg ein Sohn Johan des 2ten gewesen sei, kann ich bis jezt nicht mit Gewißheit sagen, vermuthe es nur den Umständen nach.

nach. Er verkaufte an den Bischof von Münster den unterm Schloß Stromberg gelegenen Hof Herberen, und gelobte 1403, daß seine Kinder Johan und Fyn, wenn diese zwölf Jahre alt geworden wären, auf besagten Hof verzichten sollten. Sein rundes Siegel stellt im Wapenschilde die 3 Strombergischen Vögel vor, und hat die Umschrift: † S. Hinr. de. Borchgreve. Der Brief hebt an: Ich Hinrich de Borchgreve van Stromberge &c.

Num. 10. Lit. A.

Des Münsterischen Bischofes Hermann II. Brief über einige zwischen dem Osnabrückischen Bischof Arnold und dem Gotteshause Kappenberg ausgetauschten Güter, und über einige von ihm geschenkten Zehnten. 1193.

Ex Originali Archivi Capenb.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis (a). Herimannus dei gratia monasteriensis

rienſis Episcopus. Juſtis religioſorum, maxime nobis commiſſorum votis annuere parati, notum facimus omnibus tam futuris quam preſentibus Chriſti fidelibus concanbium, quod fratres Capenbergenſes fecerunt cum Domno Arnoldo, venerabili Episcopo oſenbrugenſis Eccleſiæ. Nam quendam Eccleſiæ ſuæ manſum in Stenvorde tres ſolidos monaſterienſis Monetæ annuatim perſolventem dederunt prefato Episcopo, pro quo receperunt ab ipſo terram quandam in Langeren, quæ vulgo dicitur *Huvlant*, ſingulis annis perſolventem maltum unum Ordei *juxta Lunenſem menſuram* & inſuper medium unum; quod videlicet Ordeum ſororibus Capenbergenſibus (b) ad luminaria capellæ ſuæ communi fratrum aſſenſu in perpetuum traditum eſt. Preterea & Nos earum orationibus attentius commendari geſtientes, duodecim Denarios majoris Decimæ, & duos Denarios minoris Decimæ de quadam domo Heinrici in Bekethorp, itemque octo Denarios de alia ibidem domo eisdem concedimus, & conceſſos firmamus, anathematis vinculo in virtute Spiritus ſancti obligantes omnem hominem, qui predictorum redituum & decimarum

con-

concessionem irritare presumpserit. Et ut hec temporibus futuris inconvulsa permaneant, Cartam hanc conscribi & sigillo nostro consignari curavimus. Anno M°. C°. XC°. III°. indictione XI[a]. Testes sunt venerabilis Domnus Herimannus Capenbergensis Abbas (c), Walterus Prior, Riewinus Supprior, Rothgerus Cellerarius, Alexander Parrochianus Wernensis, Lutgerus Provisor sororum; Capellani Episcopi Johannes, Gerardus, & quamplures alii.

(L. S.)

Das parabolisch, gespitzte Siegel ist auf weissem Wachse gedruckt, hängt an weissen zusammengeflochtenen leinenen Zwirnsfäden, stellt einen sitzenden Bischof vor mit einer Bischofsmütze auf dem Haupte, mit einem Stabe in der rechten und mit einem offenen Buche in der linken Hand. Die Umschrift ist: † Heriman' Di. gra. monasteries'. episcopvs SDCS.

a) Soweit sind große längliche Buchstaben. Statt æ hat die Urkunde lauter geschweifte e, ausser in pre und hec, die einfach sind.

b)

b) Am Fuße des Berges, wo jezt das Waschhaus ist, war sonst ein Haus mit Nonnen besezt.

c) Dieser Hermann war der einzige Abt zu Kappenberg: vor und nach ihm waren lauter Pröbste.

Num. 10. Lit. B.

Erzb. Bruno von Köln befreit die Kirche zu Weddinghausen vom Archidiaconalrechte, verleiht ihr gegen die Kirche zu Rumbeck Pfarrrecht, und bestätigt übrigens den Geistlichen daselbst alle ihre Güter. 1193.

Ex Gelenii Tomo III. Manuſcripto pag. II.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Ego Bruno Dei gratia ſancte coloniensis Ecclesie vocatus Archiepiscopus notum eſſe volo tam preſentibus quam futuris in perpetuum, quod Henricus Comes de Arensberg inspirante Deo Ecclesiam Wedinghauſen cum omnibus atti-

attinentiis suis pro remedio anime sue & parentum suorum tradiderit in manus felicis memorie Philippi Archiepiscopi predecessoris nostri ad promovendum servitium Dei *in loco parentum suorum ossibus honorato.* Nos vero religiosorum predecessorum etsi non perfectione sanctitatis, zelo tamen emulationis vestigio secuti piis ejus votis non solum annuimus, sed etiam, quantum ad nos spectat, ut in diebus nostris servi Dei & merito & numero crescant, omnem curam superimpendere decrevimus. Ea propter Ecclesiam Wedinghusen, quoniam in eo servi Dei libere & canonice servierunt, liberam esse statuimus ab omni jure & exactione Episcoporum, Prepositorum & Decanorum, salva tamen justicia nostra canonica, consensu heredum predicti Comitis Henrici & filiorum suorum Henrici & Godefridi, & consilio abbatum & religiosorum virorum cum privilegiis & omnibus attinentiis suis in Ecclesiam Rumbeke commutavimus; & illi Ecclesie sicut priori plenum robur nostre authoritatis accomodavimus. Ipsi vero fratres Rumbeke inhabitantes per omnia curam animarum gerant in Wedinghusen tam in baptizandis pueris quam injungendis infir-

infirmis & confeſſionibus ſuscipiendis & ſynodali juſticia in illa parochia: chriſma vero & oleum a matre Eccleſia beati Petri accipiant, ad quam obedientia utriusque Eccleſie ſpectat: ſiquid vero in ſiniſtris exceſſibus corrigendis modum vel vires corrigentis Prelati ipſius Eccleſie exceſſerit, ad nos & ſucceſſores noſtros referatur. Poſſeſſiones quas fratres ibi poſſederant, eis confirmamus: Dotem Eccleſiæ, & Echolt, & duos manſos Wettlar, & tres manſos Lenole, manſum unum Cluſenehem, & unum manſum in Buren, & unum manſum Hachen, & unum manſum in Holthuſen, dimidium manſum Widmeringhuſen, manſum unum in Eckinghuſen, & Mons calvus, qui porrigitur a loco, qui vocatur Thurinkeswinkel inter Ruram fluvium & rivum, qui vocatur Borbeke, cum omni Decima agrorum, quos ipſi novellari fecerint; alias etiam Curtes Marsfeld & Grevele & Wande. Quicumque igitur largitione Comitis & filiorum ſuorum in ſilvis, ripis, pratis, pascuis animalium, in piscatura totius ditionis eorum, in quibus eis pleni jnris libertatem conceſſerunt, & que cultis & incultis conſecuti ſunt vel largitione fidelium vel ſua induſtria juſte conſecuturi

turi ſunt, libere & absque ulla perturbatione poſſideant. Ut autem hec rata & incovulſa permaneant, ſig.lli noſtri impreſſione communivimus & banno noſtro confirmavimus. Quicumque igitur temerario auſu eosdem fratres ſuper his, que eis firmavimus, perturbare & hoc factum noſtrum infringere tentaverit, iram Dei & ſancti Petri principis apoſtolorum & omnium ſanctorum incurrat, & anathematis vinculo, donec per condignam ſatisfactionem exceſſus ſuos correxerit, ſe obligatum eſſe ſciat; qui vero eos conſilio vel auxilio adjuverit, benedictionem Dei in eternum poſſideat. Teſtes aderant Bernardus ſoſatienſis Eccleſie Prepoſitus, Pelegrinus Decanus, Wilhelmus Cuſtos, Wernerus Canonicus, Gotmarus Canonicus, Winandus magiſter Scholarum, Henricus Comes de Arnesberg, & filii ejus Heinricus & Godefridus, Comes Arnoldus de Altena, Bernardus de Lippia, Henricus niger de Arnesberg, Everhardus de Ardeia, *Henricus de Wolmuſteine*, *Gerardus frater ejus*, Hermannus Villicus ſoſatienſis, Albertus & Hermannus filii ejus, Brunſtenus Sconekind, Conradus & Engelbertus de Allagen & alii quamplures. Acta ſunt hec anno do-

dominice incarnationis millesimo centesimo nonagesimo tertio, indictione decima, regnante Domino Henrico Romanorum imperatore Augusto, anno presulatus nostri primo.

Num. 11.

Erzb. Adolf von Köln bestätigt die von seinem Bruder, Grafen Friderich von Altena und dessen Familie geschehene Abtretung des Hofes Lohausen an Kappenberg gegen 160 Mark Geldes. 1194.

Ex Originali Archivi Capenb.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis (a). Adolphus divina favente clementia sancte coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopus. Suadet ratio suscepti regiminis, ut Ecclesiarum Dei provideamus paci & utilitati: idcirco notum esse volumus tam futuris quam presentibus, quod frater noster Fridericus, Comes de Altena, Advocatus Ecclesie

Capenbergensis, rogatus ab ipsa Ecclesia acquievit, pro Curti sua Lohusen centum & sexaginta marcas accipere, & in die ascensionis Domini, cum esset Cappenberg, jam dictam Curtim Lohusen cum mansis suis cunctisque justiciis & appendiciis (b) super Altare Deo & beatæ Mariæ perpetuæ Virgini, sanctoque Joanni Apostolo offerens donavit in usus fratrum & perpetuam possessionem, astante venerabili Abbate Hermanno cum universo conventu, presentibus & annuentibus ministerialibus suis; Advocatiam tamen super eandem curtem sibimetipsi specialiter suoque legitimo heredi reservavit, nemini unquam in beneficio concedendam (c). Dehinc cum essemus Trimoniæ, ipse adjuncta sibi manu nostra & fratris nostri Comitis Arnoldi predictam donationem in Abbatis Hermanni & fratrum suorum presentia, *in conspectu Nobilium Terræ* & Priorum coloniensis Ecclesiæ renovans confirmavit. Postea per manum uxoris suæ Dominæ Alveradis & per manus filiorum suorum Adolphi & Friderici eandem Donationem stabilivit (d). Porro de supradictis centum & sexaginta marcis, quas ei fratres dederunt, aliud Allodium heredibus suis

com-

comparavit. Prefati autem fratres de Cappenberg, ne viderentur ingrati huic fratris noſtri devotioni, plenam ei & uxori fraternitatem conceſſerunt. Proinde nos quoque Eccleſiam Cappenbergenſem ſpecialiter diligentes, ſepedictam Donationem litterarum noſtrarum teſtimonio & Sigilli noſtri impreſſione communivimus; ſtatuentes & ſub diſtricto anathematis vinculo auctoritate ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli ac noſtra inhibemus, nequis eam temerarius caſſare aut immutare preſumat: quodſi fecerit, niſi cito reſipiscat, omnipotentis Dei & B. M. V. ſanctique Johannis apoſtoli ac totius Curiæ celeſtis offenſam & vindictam incurrat. Teſtes hujus ſunt Domnus Hermannus, venerabilis monaſterienſis episcopus *& nepos ejus major Prepoſitus Hermannus* (e) & Priores colonienſis Eccleſiæ, Godefridus ſancti Gereonis Prepoſitus, Theodericus Decanus ſanctæ Mariæ in gradibus, Walterus & Herimannus Canonici ſancti Petri. Nobiles autem Ludolphus de Stenvorde, Adolphus de Daſſele, Hermannus de Lippia, Henricus de Arensberg. Miniſteriales ſancti Petri *Henricus & Gerardus de Vulmundſtein*; Miniſteriales Comitis Friderici

Rudolphus & Lubertus de Boenen, Everhardus & Lambertus fratres, Nicolaus de ſtipele. Acta ſunt hæc anno dominicæ incarnationis M°. C°. nonageſimo. IIII[a]. indictione XII°. anno ordinationis noſtre primo.

(L.S.)

Das große paraboliſch-geſpitzte Siegel in weißem Wachſe hängt an grünen ſeidenen Fäden, ſtellt einen ſitzenden Erzbiſchof vor mit einer Biſchofsmütze auf dem Haupte, einem Stabe in der rechten und einem offenen Buch in der linken Hand. Die Umſchrift iſt: † Adolphus. di. gra. Sce. colonienſis. ecclesie. archiepc.

a) Bis hierher ſind große längliche Buchſtaben. Die Urkunde hat mehrentheils geſchweifte e und auch einige einfache e ſtatt æ.

b) Lohauſen liegt in der Gegend von Niederweſel, und war ein Oberhof, mit dem mehrere Unterhöfe (Manſi) und Gerechtſame verbunden waren.

c) Diese Beschränkung geschah zum Besten des Gotteshauses Kappenberg, weil diejenigen, welche Vogteien Lehnweise oder auf eine andere Art besaßen, die Vogteirechte in diesen Zeiten gewöhnlich mißbrauchten.

d) Ein schöner Beitrag zur Genealogie der Grafen von Altena, von denen die Grafen von der Mark abstammen.

e) Es war also dieser Probst ein Graf von Katzenelenbogen, wie sein Oheim der Bischof von Münster.

Num. 12.

Arnold Erzb. von Köln verändert das Kloster Bredelar aus einem Frauenkloster in ein Mannskloster. 1196.

Ex Copia sæc. 17timi.

Adolphus dei gratia sanctæ coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopus in perpetuum. Scimus quoniam Deo placita sunt semper officia pietatis, præcipue tamen

cum

cum in promovandis ad cultum & honorem ipſius perſonis obſequuntur eccleſiaſticis: hinc eſt, quod omni ſtudio ſatagimus eccleſiarum Dei jura efficaciter defenſare, vel etiam pia ſanctæ conſecrationis ſtudia, prout res expoſtulat, in melius commutare. Noverit ergo fidelium univerſitas tam futurorum quam præſentium, quod prædeceſſor noſter piæ memoriæ Dominus Philippus Archiepiſcopus prædium Bredelare, quo Caſtellanus Godeſcalcus de Padberg inbeneficiatus erat, petitione quorundam fidelium, totius Cleri ſui, ſuorumque optimatum conſilio, ipſiusque Caſtellani & hæredum ſuorum conſenſu Eccleſiæ, quæ eſt ibidem in Bredelare, cum omnibus attinentiis ſuis libere contulit, ibique ſub regula D. Auguſtini famulantes fœminas inſtituit. Nos autem predictarum fœminarum minus laudabilem converſationem in melius commutare cupientes pro petitione Godeſcalci de Padberg, filii ſupradicti Godeſcalci, & aliorum prudentum virorum conſilio, necnon & propriæ conſiderationis intuitu præfatam Eccleſiam Bredelare cum conſenſu & voluntate earundem fœminarum cum omni ſuæ libertatis integritate transtulimus, emancipan-

cipan-

cipantes tam a jure advocatiæ quam ab omnibus impedimentis, quæ videntur ordinis & regulæ ipſorum conſuetudini contrariæ. Prædictus vero Godeſcalcus Curtem quandam in Heimelinchuſen & bona quædam in Switeringhuſen ductu bonæ voluntatis precipue divinæ retributionis intuitu pro remedio animæ ſuæ necnon parentum ſuorum eidem Eccleſiæ libere contulit. Sceidenſes enim, quorum curæ præfata commiſſa fuit Eccleſia, juri ſuo in ea perpetualiter renunciaverunt. Porro ne tam piis factis & rationabilibus inſtitutis accedere poſſit quis tentator, preſentem paginam talium factorum confirmativam ſigilli noſtri appenſione communivimus, omnem, qui huic confirmationi noſtræ contraire præſumpſerit, authoritate beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, ſedis apoſtolicæ & noſtri perpetuo ſubjacentes anathemati. Acta ſunt hæc anno dominicæ incarnationis M°. C°. XC°. VI°. indictione XIV, Domno Cœleſtino præſidente ſedi apoſtolicæ, regnante Heinrico Romanorum imperatore glorioſo, ordinationis noſtræ anno tertio. Teſtes hi ſunt: Bernhardus paderbornenſis Episcopus, Hermannus choralis Episcopus, *Everhardus de Volmotſtein*,

Go-

Godefridus de Colonia, Pilegrinus Decanus susatensis, Wernerus Canonicus, Ludolphus Canonicus, Rudolphus Canonicus: Nobiles Comes Wilhelmus juliacensis, Comes Simon de Tekeneborg, Comes Wernherus de Widegenstein, Hermannus de Waldeck & frater suus Henricus, Hermannus Sculterus & filius suus Hermannus, Gerbertus de Padberg, Arnoldus de Hottorpe, Godescalcus de Kellinghusen, Wigandus de Budrike & alii quam plurimi.

Num. 13.

Erzb. Adolf von Köln bestätigt dem Kloster Oelinghausen eine Zehntlöse. 1196.

Ex Copiario Oelinghus.

In nomine sancte & individue Trinitatis. Adolfus Dei gratia sancte coloniensis Ecclesie Archiepiscopus omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Quia, licet indigni speculatoris vice in Ecclesia fun-

fungimur, pro pace & quiete nobis commissorum dictis & scriptis vigilare tenemur; inde tam futurorum quam presentium fidelium Christi noscere volumus universitatem, quod inter fratres de Ulinchusen & Egbertum quendam de Herdringe pro decime exactione contentionis & jurgiorum aculei quondam versabantur: proinde consilio inito ita inter ipsos transactum est, quod idem Egbertus acceptis a jam dictis fratribus duodecim marcis examinati argenti novem solidos susatiensis monete acceptavit pro annua decime majoris & minoris redemptione. Venit itaque in presentiam Domini sui Everhardi Sluc, a quo eandem decimam in beneficio habebat, & adjuncta sibi duorum fratrum & coheredum suorum, pariterque matris exfestucavit manipulorum collectionem, & quicquid ex nutrimentis animalium provenire solet, predictamque redemptionis summam, novem videlicet solidos fratribus in Ulinchusen in festo beati Jacobi persolvendos stabilivit; predictusque Egbertus tria jugera, que ab Episcopo in beneficio habebat, Ecclesie in Ulinchusen contulit. Similiter ipse Everhardus Sluc cum suis coheredibus in presentia Domini sui, vi-

deli-

delicet Herimanni de Rudenberg jam dictam decime redemptionem confirmavit. Quod cum ſimiliter *Herimannus de Rudenberg una cum fratre ſuo Henrico de Stromberg* (*) in preſentia noſtra fecerit, nos fratrum & ſororum de Ulinchuſen utilitati & quieti in futurum paterno proſpicientes affectu ſepedictam decime redemptionem eis pontificali authoritate confirmamus, diſtricta prohibitione interdicentes, ne aliquis unquam Decimatorum ſuorum illarum manipulos tangere ſeu de nutrimentis animalium ibi quicquam exigere preſumat, ſed contentus ſit novem ſolidis pro redemptione perſolvendis. Siquis autem hoc caſſare temptaverit, & ſi non cito reſipuerit, indiſſolubili eum anathematis vinculo innodamus. Acta ſunt hec anno dominice incarnationis M°. C°. LXX°-XXVI°. Hujus rei Teſtes ſunt Lodewicus major in Colonia Prepoſitus, Pilegrinus Eccleſie ſuſatienſis Decanus, Wilhelmus Cuſtos, Rudolfus Scolaſticus, Wernherus, Joannes ejusdem Eccleſie Canonici; Arnoldus Comes & Fridericus frater ejus, Hermannus de Waldeke, Everhardus de Ardei, Jonathas frater ejus, Dithmarus de Buren, & Bertholdus frater ſuus, Conradus de Hacnen;

Mini-

Ministeriales *Henricus de Volmudesteine*, Godescalcus de Pathberg, Hermannus Villicus de Susath, Thiemo & Theodericus frater ejus, Conradus de Allagen, Herbordus de Suanbule, Hermannus de Enkere, Harmuthilus de Biedencaph & alii quam plures.

*) Auf diese Urkunde bezog ich mich, als ich die Note zur Urkunde Num. 9. lit. D. hier oben niederschrieb. Man kann hieraus schließen, daß beide Brüder, die 1188 noch den Beinamen „von Rudenberg" führten, in der Zwischenzeit ihre älterlichen Güter getheilt, und jeder von dem ihm zugefallenen Theil den Namen, den damaligen Sitten gemäß, angenommen habe, so wie dieser Fall bei ihren Enkeln abermal eintrat.

Man hat diesen Heinrich von Stromberg als den Stammvater der noch blühenden gräflichen Familie von Westfalen in einer neuen periodischen Schrift (†) aufgestellt,

†) Historisch-genealogisch Magazin für den deutschen Adel, vorzüglich in Nieder-

gestellt, und den Beweis dazu aus einer Urkunde von 1199, und dem daran hangenden Siegel, verglichen mit jenem des Hermann von Rudenberg, genommen. Allein sie ist wenigstens um 100, wo nicht um 200 und mehrere Jahre zu frühe angegeben (†), wie es der Inhalt, obgleich nur in einem unvollständigen Auszuge, das daran hangende Siegel und die Geschichte

dersachsen und Westfalen. Ersten Jahrgangs erstes Quartal, herausgegeben von Frid. Wilh. Cosmann b R. Dr. Frankf. und Leipzig 1798 — in Commission bei den Gebrüdern Hahn in Hannover, und gedruckt bei Wilhelm Junfermann in Paderborn.

†) Vermuthlich steht im Original die Jahrzahl also: Anno &c. XCIX. In diesem Falle wäre ich geneigter die Jahrzahl ehender für 1499 als für 1399 auszugeben. Die Wörter: et cetera sind in den Urkunden des 14 und 15. Jahrhunderts öfters so abgekürzt und geschrieben, daß sie einem m, auch wohl einem nc nicht ganz unähnlich sind.

schichte besagen. Denn von einer so frühe errichteten Kapell zu Hundenem wissen die Archidiaconatregister des 14ten Jahrhunderts noch nichts; und die Clausel: „pro refrigerio animarum, parentum scilicet &c. . . bis in hebdommada Deo sacrificium offerant" ist für das 12te Jahrhundert nicht allein ungewöhnlich, sondern auch gegen die damalige Kirchenordnung In Betref der Siegel weiß man, daß aus dem 12. Jahrhundert nur wenige Siegel von Personen des höhern Adels, von Personen des niedern Adels aber noch keine bekannt sind; daß man kaum in der 2ten Hälfte des 13. Jahrhunderts die runde Form, die Helme aber erst im 14. Jahrhundert in Siegeln des niedern Adels gewahr wird; und daß die Art Helme, wie die auf der Kupferplate im Siegel Johanns von Westfal kaum mit dem Ende des 14. und dem Anfange des 15. Jahrhunderts erscheint. — Vergleicht man endlich das Wapenbild der Familie von Westfalen mit dem der Edlen Familie von Rudenberg, das einen Hund vorstellt, so wird man nichts ähnliches finden: vergleicht man es aber mit dem Wapenbild des Goswins und des Hermanns von Rodenberg, wie solche auf der Kupferplate abgedruckt erscheinen, so hat es nur den

Tour-

Tournierkragen mit diesen gemein. Allein diese beide, Goswin und Hermann von Rodenberg, gehören auch zu einer ganz andern Familie, welche das 13. und 14. Jahrhundert hindurch blos den Tournirkragen in ihrem Siegel führte, und keinen Theil an der Burggrafschaft Rudenberg hatte. Die Abdrücke der Siegel zeugen ohnehin jedem Kenner der Diplomatik, daß Goswins Siegel in das 14te, und Hermanns Siegel ins 15te, oder höchstens ins Ende des 14ten Jahrhunderts gehören (†), und daß folglich das Siegel Hermanns von Rodenberg nicht jenem Hermann, welcher ein Bruder Heinrichs laut gegenwärtiger Urkunde von 1196 war, und weit weniger einem noch ältern Hermann, der ein Bruder Grafen Friderichs von Arnsberg des Streitbaren gewesen sein soll, beigelegt werden kann. Uebrigens möchte ich aus der Aehnlichkeit der

Siegel

†) Sie hangen auch an keiner alten Urkunde: sie sind aus Steinen entlehnt, der sie an jüngern Urkunden fand, in Kupfer stechen und abdrucken ließ, wie solche auf der XXIII. und XXV. Kupfertafel Num. 7 im 2. Th. seiner Westf. Geschichte zu sehen sind.

Siegel nicht gern den Schluß auf dieselbe Abstammung machen: es hieß die ganze Geschichte des Adels preiß geben. Wie leicht läßt sich nicht ein dutzend Siegel von verschiedenen Familien auffinden, die einen Tournirkragen als Wapenbild führten? und die in den Münsterischen Geschichten bekannte Familie von Sasse führte sogar ganz dasselbe Wapen, welches die Familie von Westfalen noch führet (†).

Aber

†) Auch die Familie von Brambach führt fast dasselbe Wapen wie die Familie von Westfalen, wie man dieß Num. 4. auf der XLIII. Kupfertafel bei Steinen l. c. ersehen kann. So viel mir bekannt ist, blieb die Familie von Westfalen ihrem angenommenen Wapenbilde stets getreu. Ganz dasselbe, wie es heut zu Tage noch beschaffen ist, führte Johann genannt Westfal in einem dreieckigen Siegel aus weissem Wachse an einer Urkunde von 1313, die so anhebt: Nos Johannes & Albertus fratres dicti Westfal . . . recognoscimus . . . quod cum consensu uxoris nostre, filie Domini Hermanni militis de Osen &c.

imglei-

Aber auch die Geschichte scheint der vorgeblichen Urkunde von 1199 entgegen zu sein. Denn wenn Johan von Westfalen in gerader Linie von Heinrich von Rudenberg (Conrads Sohne) abstammte, so müßte auch ein Theil der Rudenbergischen Güter

imgleichen Lutbert von Westfal in einem runden Siegel an einer Urkunde von 1322 folgenden Anfanges: Innotescat universis presentia visuris & audituris, quod ego Lutbertus Westfal miles de voluntate & consensu Willen uxoris mee, Frederici, Henrici, Helene liberorum meorum, cum alios liberos tunc non habemus &c. Dasselbe Siegel gebrauchte Lutbert auch an Urkunden von 1310, 1324 ꝛc. Es hat aufm Wapenschilde einen Helm nach dem Geschmack der damaligen Zeiten. Johan und Wilhelm Westfalen, so wie ihre Oheime Herr Henrich Westfalen Kämmerer der Kirche zu Paderborn und dessen Bruder Herr Johan Westfal, ein Ritter, gebrauchten später das nemliche Wapenbild in ihrem Revers von 1412, den sie den Köln Erzb. Friderich über den halben Theil des Schlosses Wunnenberg ausstellten.

Güter bei derselben geblieben sein: aber auch nicht eine der Rudenbergischen Besitzungen wird man in dem 13 und 14. Jahrhundert bei ihr gewahr. Das wahrscheinlichste ist wohl, daß ein Conrad von Rudenberg von der mütterlichen Seite her Großvater Johans von Westfalen war, und zu jenen gehörte, welche Lehnherren der Freigrafschaft Hundemen waren, und noch 1384 zum Verkauf derselben ihrem Schwestersohne, dem Thiderich von Oel, ihre Einwilligung gaben. S. Steinens XLV. St. Seite 1531. l. c.

Num. 14.

Bündniß zwischen den Stiftern Köln und Korfei. 1198.

Ex Copia ſæc XVIImi.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Adolphus divina favente clementia ſanctæ colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus. Licet naturalis legis æqitas generaliter depoſcat, ut omnes Eccleſiæ mutuis gaudeant conſolationibus, tamen quia plus

ſolet obligare, quod ſpecialiter pollicetur, quam quod generali ſponſione concluditur; notum facimus tam futuris quam præſentibus, quod temporibus Domni Wihdekindi Corbejenſis Abbatis inter noſtram & ipſius Eccleſiam, *conſentientibus & cooperantibus noſtris fidelibus*, hujusmodi obſervationis fœdus adhibitis neceſſariis ſolempnitatibus contraximus, ut prædicta Eccleſia in quolibet neceſſitatis articulo noſtro fulciatur præſidio, & verſa vice noſtra Eccleſia a Corbejenſi oportunum auxilii experiatur commodum. Ne ergo pactum tam ſolerti induſtria firmato nobis & prædicto abbate decedentibus aliqua ſucceſſorum levitate ſolvatur, non ſolum circa perſonas præſidentium, quæ mutari poſſunt, ſed circa prænominatas Eccleſias perpetua ſtabilitate inviolabiliter ſtatuimus obſervandum. Hujus ergo facti ſeriem præſenti inſtrumento commendatam ſigilli noſtri & Eccleſiæ beati Petri impreſſione firmamus, & teſtium ſubſcriptione roboramus. Teſtes ſunt hij Theodericus Trajectenſis Episcopus, Thidmarus Mindenſis Episcopus, Heribertus Abbas de Werdene, Lodewicus major Præpoſitus, Udo major Decanus, Bruno Bunnenſis Præpoſitus,

ſitus, Theodericus Præpoſitus ſancti Gereonis, Gerardus Sanctenſis Præpoſitus, Theodericus Præpoſitus Ss. Apoſtolorum, Engilbertus Præpoſitus ſancti Georgii, Herimannus Choriepiscopus, Rodulfus major Scolaſticus; Henricus Dux de Limburg, Henricus Comes de Seyna, Simon Comes de Tekeneburg, Arnoldus Comes de Altena, Albertus Comes de Everſtein, Adolfus Comes de Monte, Henricus Comes de Keſſele, Henricus Comes de Hukeswage, Herimannus de Waldecke, Henricus de Swalenberg, *Henricus & Gerardus fratres de Volmundeſteine*, Herimannus colonienſis Advocatus, Herimannus Scoltetus de Suſatia, Herimannus filius, Otto Camerarius, Henricus Dapifer, Henricus Marſcalcus, Adamus Pincerna & alii quam plures. Acta ſunt hæc anno dominicæ incarnationis M. C. XC. VIII. Indictione prima Data apud aquisgranum IIII. Nonas July per manus Godefridi Capellarii *in die ſcilicet coronationis Domini Ottonis quarti* Romanorum Regis feliciter amen (*).

(L.S.)

Concordat cum originali, quod attestor ego Engelbertus Holstein auctoritate apostolica notarius publicus.

*) Vielleicht ist diese und folgende Urkunde schon bei Lunig, den ich jezt nicht zur Hand habe, abgedruckt. Da jedoch die meisten Urkunden bei Lunig sehr fehlerhaft abgedruckt sind; so wäre auf diesen Fall gegenwärtiger Abdruck nicht überflüßig.

Num. 15.

Kaiser Otto sezt den Erzb. von Köln und seine Kirche in die ihm entzogenen Güter wieder ein, erneuert und bestätigt ihm alle gehabte Freiheiten und Rechte, und ertheilt ihm noch neue dazu 2c. 1198 — 1201.

Ex Chartulario sæc. XIV. finiente conscripto.

In nomine sancte & individue Trinitatis. Otto divina favente clementia Romanorum

norum Rex & ſemper Auguſtus. Ratio ſuadet, equitas requirit, noſtramque decet celſitudinem, omnium Eccleſiarum nos indempnitati providere, & eas in ſui honoris & juris conſervatione pie ac clementer confovere, inter quas ſpecialis gratie benevolentia colonienſem diligentes Eccleſiam, univerſa ei bona, quibus a noſtris anteceſſoribus minus decenter privata eſt, reſtituendum duximus ac liberandum eam ab indebitis oppreſſionibus inimicorum, quibus quondam aggravata eſt, ad hec quidem per fideliſſimum Principem noſtrum Adolphum, venerabilem colonienſem Archiepiscopum invitati. Inde eſt, quod omnibus Chriſti fidelibus per ſcriptum preſens cupimus clarescere, quod nos attendentes devotionis ac fidelitatis conſtantiam jam dicti principis noſtri nobis ſepius exhibitam, colonienſi Eccleſie, ei ejusque ſucceſſoribus allodium in Sareveld cum omni integritate & uſufructu attinentium libere reſtituimus & in perpetuum confirmamus, pro eo recipientes abbatias in Hervorde & in Vrethene cum omnibus pertinentiis, revocato concambio, quod Fridericus imperator pie memorie & Philippus colonienſis Archiepiscopus ſuper eisdem

bonis

bonis fecerant (a). Reſtituimus etiam jam dicte Eccleſie & Archiepiscopo ſuisque ſucceſſoribus Curtem in Andernaco & Curtem in Eckenhagen cum omnium attinentium integritate ſecundum ſui Privilegii tenorem, quod Fridericus Raynaldo, venerabili colonienſi Archiepiscupo quondam ſuper eisdem contradidit; ſimiliter & Advocatiam in Clottene, quam Comes de Are de manu colonienſis cum omni paci poſſedit. Ceterum ad commodum colonienſis Eccleſie univerſum Theloneum in Werten, quod de novo & contra juſticiam ibidem inſtitutum eſt, penitus auferimus, reducentes ſecundum ſtatum priſtinum ad locum, in quo de jure eſſe debebit, quod etiam nequaquam augmentabitur vel per nos vel per noſtros Succeſſores. Burgenſibus colonienſibus, ſuſatientibus vel aliis de opidis & villis colonienſis Eccleſie tale jus præſtamus & confirmamus, quod non aliud pedagium ſolvant per totum imperium, niſi ſecundum tenorem Privilegii predeceſſoris noſtri pie recordationis Henrici imperatoris. Domum in Werden & Caſtrum in Berenſtein, in quorum fundatione & conſtructione colonienſis Eccleſia fuit pregravata, ſepedicto Principi

cipi noſtro tradimus ad deſtruendum, nec a nobis nec a ſucceſſoribus noſtris impoſterum reedificanda. Preſertim nusquam in imperio debet cudi moneta ad pondus vel ad formam colonienſis monete ſive ad puritatem noſtra vel alterius authoritate. Ducatum, allodia, feoda ſive miniſteriales, quos nunc colonienſis Eccleſia vel alii ejus nomine poſſident, cum bona voluntate noſtra & fratrum noſtrorum Henrici palatini Reni & Wilhelmi de Brunswich & heredum noſtrorum ſine calumpnia ſepenominatus Archiepiscopus & ejus ſucceſſores in perpetuum poſſidebunt. Mindenſem etiam Eccleſiam ea, que a colonienſi Eccleſia de bonis tenet eisdem, quiete ſine aliqua contradictione poſſidebit. Preterea conſuetudinem minus decentem, quam Fridericus imperator contra juſticiam induxerat, ſcilicet quod decedentibus Principibus, eccleſiaſticis videlicet perſonis, quemadmodum Archiepiscopis Episcopis Abbatibus Abbatiſſis & Prepoſitis, eorum ſuppellectilem ſibi violenter uſurpavit, penitus abolemus, nec a nobis nec a noſtris ſucceſſoribus retractandam. Ad hoc bona ſide prememoratum juvabimus Archiepiscopum, ut bona, que colonienſis Eccle-

Staats-
Bibliothek
Bamberg

Ecclesia a Mosella superius tenet, & a quorum possessione ipse violenter destitutus est, recuperet. Ut igitur hoc regalis nostre munificentie factum pium & laudabile nullius imposterum calumpnia perturbari possit, sed ratum permaneat & in perpetuum perseveret, presentem inde paginam conscribi & majestatis nostre sigillo jussimus insigniri. Cujus rei testes sunt Argentinus Episcopus, Thetmarus mindensis Episcopus, Tirricus Trajectensis, Bernhardus paderburnensis Episcopus, Episcopus xantensis, Bunnensis Prepositus Bruno, Megteldis Ducissa Brabantiæ, Baldewinus Comes Flandrie, Henricus dux de Limburgh, Otto Comes Gelrensis, Arnoldus Comes de Clivo, Tirricus Comes Hollandie, Henricus de Cuc (b), Henricus Comes seynensis, Simon Comes de Tekeneburg, Arnoldus Comes de Altena, Wilhelmus Comes juliacensis, Gerardus Comes de Are, Henricus Comes de Hoceswage, Henricus Comes de Cessele, Rutgerus de Merhem, Conradus de Dicka, Gyselbertus & Rutgerus de Bremet, Otto de Wikerothe, *Henricus & Gerhardus de Volmutstene*, Hermannus Advocatus coloniensis, Hermannus de Alvetre Marescalcus,

Otto

Otto Camerarius, Reymarus de Rothe, Gyſelbertus de Cerreke & alii quamplures viri honorati (c).

(L. S.)

Signum Domni Ottonis quarti Regis invictiſſimi.

a) Dieß kam wohl nicht zu Stande, weil man von der Zeit des geſchehenen Umtauſches die Kölniſchen Erzbiſchöfe im Beſitze des Salfeldes nicht mehr gewahr wird. Vreden und Herford beſaßen die Erzbiſchöfe noch lange Zeit; doch mit dem Unterſchiede, daß die Abtiſſinn zu Herford das Gericht in der Altſtadt (das Untergericht, und in wie weit ſie das Obergericht beibehalten hatte) allein beſaß, und die Bürger daſelbſt ihr huldigten. Die Münze hatte ſie und der Erzbiſchof, jeder zur Hälfte: alles übrige, als das ganze Gericht in der Neuſtadt, die Vogtei über beide Städte (welche ſonſt die Grafen von Sternberg hatten), das Gogericht daſelbſt und über 15 Kirchſplele (das ſonſt Heinrich Tograf inne hatte) gehörte dem Erzſtifte Köln. Herford ward dem Pader-

bör-

börnischen Bischofe Balduin im Jahre 1352 versezt: im Jahre 1390 wurde der Osnabrückische Bischof, der einen Theil davon eingelöset hatte, zum Amtmanne darüber bestellt; und im folgenden Jahrhundert 1472 ward es wieder dem Herzoge von Gülich für 500 Goldgulden verpfändet.

b) Die Familie der Grafen von Kuck folgte den Grafen von Arnsberg, als der männliche Stamm mit Friderich von Arnsberg dem Streitbaren erlosch, im Besitze der Grafschaft Arnsberg. Von den drei Gebrüdern Godfrid, Hermann und Andreas (welcher Bischof zu Utrecht war. Bruhel. in notis ad Hedam) heirathete Godfrid eine Tochter Friderichs des Streitbaren von Arnsberg, und hieß von dieser Zeit an bald Graf von Arnsberg und Kuck (Münst. Beitr. 2. B. Urk. 25 und 16, wobei in der Note die verbesserte Stelle der fast. Corbej aus dem Original, die das, was Albert von Stade beim Jahre 1105 sagt, genau bestätigt), bald Graf von Kuck allein, und bald von Arnsberg allein. Unter leztern Namen erscheint er nebst seinem Bruder Hermann in einer Urkunde Kaisers Conrad von 1145 bei Heda Seite 266 verbis: Godefridus de

Arns-

Arnsberg & frater ejus Hermannus (nemlich de Cuich). Von Leztern stammt vermuthlich der in gegenwärtiger Urkunde vorkommende Henrich von Kuck, der auch schon 1160 in den Urkunden erscheint.

c) Es scheint diese Urkunde keine gewöhnliche Bestätigungsurkunde, deren jeder geistliche und weltliche Fürst eine von dem jedesmaligen neuen Kaiser über die von den vorhergehenden Kaisern erhaltenen Rechte, Freiheiten und Privilegien nachsuchte, zu sein, sondern sich auf eine vorhergegangene Verabredung oder Capitulation, Kraft deren der Erzb. von Köln des Otto's Wahl zum Kaiser befördern sollte, zu beziehen.

Num. 16.

Adolf Erzb. von Köln bestätigt dem Gotteshause Scheda die an dasselbe von den Gebrüdern von Ardei geschehene Schenkung des Hofes Widehagen ꝛc. 1202.

Ex Chartulario Schedensi sæculo XVI. finiente conscripto.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Adolphus dei ordinatione sancte coloniensis Ecclesie Archiepiscopus omnibus successoribus in perpetuum. Cum de specule nobis commisse prospectu sollicitudinis oculum in omne genus hominum intendere tenemur, solicitius tamen in eos, qui voluntarie humilitati sub potenti manu Dei omnem sollicitudinem suam in eum projecerunt, per quorum orationes & status temporum nostrorum prosperetur & peccatorum nostrorum sarcina levigetur: notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod Curtim in Widehagen cum tribus mansis & omnibus attinentiis suis beate Dei genitrici & virgini Marie sanctoque Petro Apostolo, Patronis

tronis Schedensis Ecclesie, & fratribus ibidem Deo militantibus perpetua donatione tradidimus. Quod quia ad petitionem nobilis viri Jonathe de Ardeia fecimus, eandem curtim, quam in feodo a nobis habebat, prius resignaverat. Curtim duntaxat frater ejus celebris memorie Everhardus tunc, nuper defunctus, adhuc vivens predicte dederat Ecclesie, scilicet in die sepulturæ ipsius mansos donando frater ejus superaddidit; uterque videlicet ea interpositione ut de rato noster inclinaretur consensus. Quod quia intuitu Dei & amore vite future benivolo animo annuimus. Ne quis successorum nostrorum hanc Donationem nostram permutare vel cassare valeat, eam autoritate patris & filii & spiritus sancti confirmamus, omnem personam excommunicationis anathemate ferientes, que huic pagine, sigilli nostri munimine signate, consilio & actione fuerit contraria. Testes hujus rei sunt Hermannus Abbas de S. Panthaleone in Colonia, Theodericus Prepositus de S. Gereone, Arnoldus Abbas de Wedinckhusen, Hermannus sacerdos inclusus ibidem. Godefridus Comes de Arnesberg, Arnoldus, Everhardus filius ejus Comites de Altena (*); Adol-

phus

phus puer Comes de Marka, Heinricus & Theodericus filius ejus de Hokenswagen, Nobilis Heinricus de Arnesberg & frater ejus Heinricus, Theodericus de Gevore, Hermannus & filius ejus Gerhardus de Altena, Reimboldus & filius ejus Heinricus de Grasſchaph; Miniſteriales Hermannus Scultetus & filius ejus Hermannus, Gerwinus de Soſatia, *Heinricus de Volmeſtene*, Rodolfus & filius ejus Rodolfus de Ervete, Brunſtenus Sconekint, Rodolphus de Burbenne, Lobertus Notarius & pater ejus Conradus & patruus Hartwicus de Anlagen, Arnoldus de Wichlen, Theodericus Tancwort & alii quamplures. Acta ſunt hec anno dominice incarnationis M°. C°C°. II°, Indictione II^a^.

*) Dieſer Everhard kommt noch in zwei andern Urkunden von 1191 und von 1207 bei Steinen XXII. St Seite 1637 und in Kremers Acad. Beitr. zur Gülch- und Bergiſchen Geſchichte 2. B. §. 6. vor. Daß er aber ein Sohn Grafen Arnolds ſei, ſehen wir nur aus dieſer Urkunde. Er muß bald nach 1207 geſtorben ſein, wenn anders doch die Angabe dieſer abſchriftlichen Urkunde ganz richtig iſt.

Num.

Num. 17.

Brief über eine gewisse Zehnthude vom Jahre 1207.

Ex Originali Archivi Capit. Sosat.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Conradus dei gratia Prepoſitus, totusque Conventus ſancte Marie ad Gradus in Colonia omnibus Chriſti fidelibus, ad quos preſens pagina pervenerit, orationes in Domino. Notum eſſe volumus tam futuris quam preſentibus, quod Everardus Vlecko quandam Cuſtodiam, que *Hude* teutonice dicitur, habebat, de qua annuatim in feſto Petri ad vincula triginta ſolidos Eccleſie ſolvere tenebatur. Ad hanc pertinent hec bona: Decima in Bukenenwide, Decima in Sutberninchuſen, triginta denarii in Richterswich, octo denarii in Hunsberge, quatuor ſolidi de Decima quadam in Wolferinchuſen, quos ſolvere debent annuatim in feſto Jacobi Albero Rufus de Lippa & ſui heredes. Talem Cuſtodiam cum omni integritate & jure idem Everhardus Vleko coram capitulo noſtro reſignavit, eamque Everhardus, qui

qui dicitur Amphora, cum omni ſolempnitate, qua debuit, ab Eccleſia ad predictam penſionem ſibi ſuisque heredibus recepit. Poſtmodum jam dictus Everardus Vlecko cum uxore ſua coram Capitulo ſuſacienſi ac civibus Luperto Concanonico noſtro per commiſſionem noſtram ad habundantem cautelam dicta bona reſignavit. Preterea idem Everhardus Vlecko & Heinricus Rufus ſuus quondam Tutor & Avunculus coram civibus quibusdam ſuſatienſibus juraverunt, Privilegium, quod ſuper hiis ſe fatebantur habuiſſe, nec habere nec habere poſſe. Ut hec igitur rata & inconvulſa permaneant, hanc cartam conſcribi fecimus & ſigilli noſtri impreſſione roboravimus. Acta ſunt hec anno dominice Incarnationis M°. CC°. VII°. regnante rege Ottone, ſub Brunone Colonienſi Archiepiscopo. Huic facto interfuerunt Colonie teſtes, Heinricus Prior & Cuſtos beate Marie de Gradibus, Fredericus Cantor ejusdem Eccleſie, Heinricus Saxo, Godefridus Camerarius, & ex communi ordine Canonici omnes; Laici vero Bruno nobilis, Heinricus filius ſuus, ſimiliter Hermannus filius ſuus, Heinricus Santkule, Rudolfus Parvus, Sifridus & Cunradus

de

de Rudene. Teſtes qui ſuſacie interfuerunt, hii ſunt, Johannes Decanus, *Everardus Volmuntſteine*, Wernerus, Johannes Cuſtos, Ruthengerus, Gozwinus: Laici ejusdem facti teſtes, Helias miles, Heinricus Rufus, Rodolfus judex, Johannes Tudic, Johannes de Anglia, Cunradus de Ruthen, Lutferth de Ruthen & quam plures teſtes idonei.

(L. S.)

Das runde auf weiſſem Wachſe gedruckte Siegel hängt an rothen und grünen ſeidenen Fäden, und iſt daſſelbe, das bei Num. 7. beſchrieben iſt.

Num. 18.

Otto, Bischof von Münster, gibt dem Gotteshause Kappenberg ein daselbst liegendes und von ihm Lehnrühriges Gut, das die Lehnträger desselben schon dem Gotteshause überlassen hatten. 1215.

Ex Chartulario Cappenbergesi sæc. XIII. conscripto.

Otto Dei gratia monasteriensis Episcopus. Cum omnium subjectorum paci & saluti providere teneamur, maxime tamen eorum quieti prospicere cupimus, qui a seculari tumultu segregati divinis laudibus vacare noscuntur. Inde est, quod omnibus hanc paginam inspecturis significandum duximus, quod quidam Gerhardus cognomento Birboem, habens domum claustro Capenberg adjacentem, conventione facta acquievit centum & sex marcas accipere, suoque Domino resignare, ut Ecclesie Capenberg cederet in possessionem. Venit ergo Capenberg Advocatus Ecclesie, Comes Adolphus, ubi, cum ambo fratres, nobiles de Wettere, adessent, videlicet

delicet Fridericus & Dominus Bruno, processit Gherhardus cum uxore sua Mettelde & filio majore Rutghero, & fratribus suis Machario & Cunrado, & presentibus Preposito & Fratribus Loci in presentia Advocati totiusque multitudinis Domino suo Brunoni predictam Domum resignavit & exfestucavit; facientibus hoc idem uxore & filio & fratribus prefatis & hoc confirmantibus & collaudantibus in manu Advocati. Quam Domum Dominus Bruno, adjuncta sibi manu fratris sui, tribus amicis claustri concessit interim, donec ad manum nostram ei pateret accessus: non enim copia nostri poterat tunc haberi (a), Hoc itaque ordine domino Brunone procedente, & fratre suo Friderico simulque prefato Gerhardo, Prepositus & Fratres, Advocatus & ejus Sequaces intraverunt, sicut moris est, ac possederunt Domum cunctaque Domui attinentia, applaudentibus cunctis nemine reclamante. Huic rei interfuerunt Wilhelmus Sacerdos de Lunen, Gerardus nobilis de Altena, Ludolphus Dapifer, Herimannus Stockhem, Herimannus de Burc, Alexander de Mininchusen, Alexander de Werna, Ludolphus de Werdena, Sifridus Hirt, Gerlacns Scafdorp,

Porro de Senden, Herimannus, Israhel, Alexander, Rutgerus Wale & alii multi. Post aliquot dies filia Gerardi, Gertrudis & junior filius Wenemarus eandem Domum resignaverunt in facie conventus & Advocati. Post hec cum essemus apud Sulsen (b), venit Dominus Fridericus de Wettere, & predictam Domum nobis resignavit; nosque eam statim Ecclesie Capenbergensi dedimus per manum fratris Rutgeri Cellerarii & fratris Aaron. Aderant ibi frater noster Gerhardus Osnabrugensis Episcopus, Wilbrandus cognatus noster (c), Magister Bernardus, Gerhardus & Rolandus Capellanus, Comes Adolphus de Altena, Herimannus de Lippia, Ludolphus de Stenvorde & Rodolphus filius ejus, Ludolphus Dapifer & filii sui Adolphus & Ludolphus (d), Rembertus de Stockhem, Ludolphus de Lere, Everhardus Villicus de Werne, Hinricus Fransois & alii multi.

Postea *in Placito Lunensi* ipsam Domum resignavit nobis Dominus Bruno jam dicti Friderici frater, nosque eam iterata Dacione Capenbergensi Ecclesie donavimus proprietatis titulo possidendam, tradentes eam per manum Theoderici

derici Prioris & Rutgeri Cellerarii. Aderant ibi ComesGodefridus de Arnesberg, Comes Adolphus de Monte, Comes Adolphus de Altena & Ludolphus Dapifer & alii multi. Fecimus hoc propter fratrum Dilectionem & propter benignam in perpetuum nostri recordationem. Sciendum preterea, quod sepedicta Domus pro Decima tam majore quam minore Villico *Curtis nostre in Nortlunen* triginta denarios persolvet, & tempore glandium duos porcos impinguabit. Ut itaque hec omnia rata & inconvulsa permaneant, hanc testimonii nostri paginam sigilli nostri impressione roborare curavimus, omnemque hominem, qui hec cassare temeraria presumptione temptaverit, nisi velociter resipuerit, eterna excommunicatione & maledictione in virtute sancti Spiritus obligamus. Acta sunt hec anno dominice incarnatiouis M°. CC°. XV°. quando Domnus Innocentius generale Concilium Rome celebravit, cui interfuit Andreas Prepositus (e).

a) Weil er zur selben Zeit zu Kaiserswerd gefangen saß.

b) Sulzen, wenn es nicht die im Kirchspiele Olfen liegende Bauerschaft bezeichnet, ist mir unbekannt.

c) Derselbe, welcher hernach Bischof zu Paderborn und später Bischof zu Utrecht wurde. Er war wie der Münsterische Bischof Otto und dessen Bruder der Osnabrückische Bischof Gerhard aus dem Hause Oldenburg entsprossen.

d) Diese gehören nicht zu der Familie von Droste zu Vischering, sondern zu der Familie von Boinen, wie die folgenden Urkunden bezeugen. Ludolf der Vater war um diese Zeit Drost des Grafen Adolf von der Mark.

e) Die Handlungen, welche in dieser Urkunde aufgezählt werden, sind zu verschiedenen Zeiten zu Kappenberg, zu Sulzen und zu Lünen geschehen: das Jahr 1215 paßt nur für die zu Lünen geschehene Handlung. Ob auch die Urkunde in diesem Jahre ausgefertigt worden ist, besagt die Urkunde nicht, als worin zwar das Actum, nicht aber das Datum bemerkt ist, und der merkwürdige Schluß der gehaltenen Kirchenversammlung, welcher der

Cappen.

Cappenbergische Probst beigewohnt hatte, schon auf eine vergungene Zeit hinweiset.

Num. 19. Lit. A.

Uebereinkunft zwischen Heinrich von Volmestein und dem Gotteshause Kappenberg der Zehntlöse halber aus dem Hofe in Mengede. 1218.

Ex Autographo Archivi Capenb.

Ego Heinricus de Volmunsteine notum facio omnibus hanc inspecturis cartam sigillo meo consignatam, quod ego acceptis quinque marcis talem feci (a) conventionem cum fratribus de Capenberg, ut pro tota Decima Curtis eorum in Mengede, quam ego de manu Domini Archiepiscopi coloniensis in beneficio habui, secundum antiquam constitutionem quatuor solidos & tres modios tritici annuatim persolverent. Conventionem hanc cum assensu Everhardi fratris mei & heredum meorum perpetuis

tuis temporibus permanſuram fratribus de Capenberg confirmavi preſente Advocato eorum Comite Adolpho, ita videlicet ut manipuli jam dictæ curtis intacti maneant, & de nutrimentis animalium nulla ſit exactio. Quam etiam conventionem Dominus Engelbertus colonienſis Archiepiscopus ad petitionem Capenbergenſis Prepoſiti Andreæ cum bona voluntate approbavit & ratam perpetuo haberi decrevit in multorum preſentia. Aderant ibi Dominus Theodericus major colonienſis Prepoſitus, *mox futurus monaſterienſis Episcopus* (b), Cunradus major Decanus, Heinricus Prepoſitus ad ſanctum Severinum, Lubertus Decanus ad Gradus, Fridericus Comes de Iſenberg, Otto Comes de Tekeneburg, Jonathas nobilis de Ardeia, Heinricus Niger de Arnesberg, Bertoldus de Buren. Teſtes quoque Everhardus frater meus de Volmunſteine, Heinricus de altera Caſtro, Gozwinus Knode, Ludolphus de Boine & filii ejus Adolphus & Ludolphus, Albero de Aslen, Heinricus Franſois & alii quamplures.

Anno Dominicæ Incarnationis M°. CC°. XV°III. Indictione tercia, con-

currente

currente VI^{a}., epacta vigesima secunda.

(L.S.)

Das dreieckige blattförmige auf weissem Wachse gedruckte Siegel von mehr als mittlerer Größe hängt an einem pergamenen Riemen, und stellt drei Blätter vor, die vermittels der Kelchblume zusammen hangen. Die Umschrift ist: † Sigillvm Hinrici de Volmutstene.

a) Die Urkunde hat geschweifte e statt æ, und auch wider die Gewohnheit in diesem Worte feci.

b) Nemlich Theoderich aus dem Hause Isenburg, der um diese Zeit, als Otto auf seinem Kreuzzuge ins gelobte Land verstorben war, zum Bischof von Münster erwählt wurde.

Num. 19. Lit. B.

Bestätigung obiger Handlung (Num. 17.) durch den Köln. Erzb. Engelbert. 1218.

Ex Originali Archivi Capenb.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Engelbertus Dei gratia sanctæ Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopus. Ad imitationem venerabilium Philippi & Adolphi antecessorum nostrorum nos quoque cenobium Capenbergense speciali affectu respicientes, notum facimus tam futuris quam presentibus, quod cum Heinricus de Volmuntsteine decimam super Curtim fratrum Capenbergensium in Mengede a nobis in beneficio haberet, accesserunt ad eum idem fratres, petentes antiquam Decimæ redemptionem renovari, videlicet ut pro totius Decimæ pensione quatuor solidos & tres modios tritici eadem curtis annuatim persolvat: qui petentibus annuit cum assensu fratris sui Everhardi & heredum suorum; eique fratres de Capenberg quinque marcas dederunt. Hiis itaque compositis accessit a nos Andreas Pre-

Prepoſitus Capenbergenſis, petens predictam conventionem noſtrarum cautione litterarum roborari. Hanc itaque Decimæ redemptionem auctoritate noſtri firmamus officii, interdicentes & ſub anathemate prohibentes, ne aliquis unquam Decimatorum manipulos prefatæ curtis contingere, ſeu de nutrimentis animalium ibi quicquam exigere preſumat. In cujus rei confirmationem preſentem paginam ſigillo noſtro juſſimus conſigniri: cui ſiquis contraire - - - - - - onem hanc temerarius preſumpſerit, omnipotentis Dei & beati Petri offenſam incurrat, & niſi reſipuerit, perpetuo anathemati ſubjaceat. Teſtes hujus rei ſunt Theodericus major Prepoſitus in Colonia, Cunradus major Decanus, Heinricus Prepoſitus ad ſanctum Severinum, Luitbertus Decanus ad Gradus, Adulfus Comes de Althena, Fridericus Comes de Iſenberg, Otto Comes de Tekeneburg, Jonathas nobilis de Ardheia, Heinricus Niger de Arnesberg, Bertoldus de Buren, Everhardus frater Heinrici de Volmentſteine, Heinricus de altero Caſtro, Gozwinus Knode, Ludolfus de Boine & filii ejus Adulfus & Ludolfus, Luitbertus de Boine, Albero de Aslen, Heinricus Franzois & alii quamplures.

Datum anno dominicæ incarnationis M°. CC°. XVIII°. indictione tertia, concurrente VI[a]. Epacta XXII[a]. (*).

(L. S.)

Das große parabolische, mehr gerundete als gespitzte Siegel in weissem Wachse hängt an weissen Zwirnsfäden, und stellt einen sitzenden Erzbischof vor mit der Bischofsmütze auf dem Haupte, dem Stabe in der rechten, und einem offenen Buche in der linken Hand. Die umlaufende Schrift ist: † Engilbertus. di. gra. ſancte. colonienſis. Eccleſie. Miniſter.

*) Die Urkunde hat theils einfache und theils geschweifte e statt æ.

Num.

Num. 19. Lit. C.

Erzbischof Engelberts Hauptbrief über dieselbe Uebereinkunft der Zehntlöse. 1218.

Ex Originali Archivi Capenb.

† In nomine ſancte & individue Trinitatis. Ego Engelbertus dei gratia ſancte colonienſis Eccleſie Archiepiscopus omnibus tam futuris quam preſentibus in perpetuum. Quoniam earum rerum, que geruntur ab hominibus, memoria ſepe perit, prudens & fidelis antiquitas ſanum adinvenit modum, per quem teſtium mortalitati conſuleretur, quatinus in locum hominum deficientium fides immortalium per ſcripturam ſuccederet inſtrumentorum. Eapropter notum facimus univerſis tam preſentibus quam futuris, quod Eccleſia in Capenberg, Curtim habens in parrochia Menghede, ſumopere & ſollertia, qua debuit, laboravit, quatinus reditus ejusdem curtis & juſticiam in quieta optineret poſſeſſione. Igitur quia Heinricus de Volmentſteine Decimam predicte curtis de manu noſtra legitimo

tenue-

teneret feodo, placuit venerabili viro Andree, jamdicte Ecclesie preposito, quatinus propter pacem & fructuosum Ecclesie sue commodum summam denariorum, quam diu pro redemptione Decime solverant, potius quam Decimationem manipulorum in agro solverent. Hoc itaque tali pacto & conventione, que subscripta est, celebratum est: eidem H. de Volmentsteine quatuor solidi denariorum singulis annis de curti eadem, sicut prius, solvantur, & curtis eadem libera permaneat ab omni Decimatione tam minore quam majore, & suo libere gaudeat jure. Hoc itaque ut firmum & stabile permaneat, Ecclesia in Capenberg quinque marcas denariorum eidem H. dedit, & ipse tale pactum tale pleno & benivolo heredum suorum consensu Ecclesie cautione, qua debuit, confirmavit. Ut autem pactum tale inter Ecclesiam de Capenberg & H. de Volmentsteine, sicut supradictum est, sua sollempnitate celebratum ratum sit & inconvulsum, precipimus auctoritate Dei omnipotentis & beati Petri apostolorum Principis & nostra, quo Ecclesia suis in predicta curti bonis libera & quieta in sua jure fruatur possessione in perpetuum. Te-

stes

ſtes hii ſunt Theodericus major Prepoſitus in Colonia, Conradus major Decanus, Heinricus Prepoſitus ad ſanctum Severinum, Luitbertus Decanus ad Gradus; Adulfus Comes de Altena, Fredhericus Comes in Iſenberg, Otto Comes in Tekeneburg, Herimannus Comes de Ravenesberg; *Nobiles*, Jonaihas de Ardheia, Heinricus Niger in Arnesberg, Bertoldus de Buren, *Everbardus frater Heinrici de Volmentſteine*, Heinricus de altero Caſtro; *Miniſteriales*, Gozwinus Knode, Ludolfus de Boine & filii ejus Adulfus & Ludolfus, Luitbertus de Boine, Albero de Aslen, Heinricus Franzois & alii quamplures. Acta ſunt hec anno dominice incarnationis M°. CC°. XVIII°, indictione tertia.

(L.S.)

Das auf weiſſem Wachſe gedruckte Siegel hängt an weiſſen und grünen Fäden, und iſt in allem dem an der Urkunde Num. 18 gleich.

Num.

Num. 20.

Thiderich Bischof von Münster schenkt dem Gotteshause Kappenberg einige Geld- und Kornrenten aus der Mühle zu Lünen ꝛc., die ihm sein Burgmann Godfrid von Rechede deshalben aufgetragen hatte. 1219.

Ex Orig. Archivi Capenb.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Theodericus Dei gratia Monaſterienſis Episcopus. Quæ ad Eccleſiarum commodum & utilitatem noſtris aguntur temporibus, memoriæ imprimere & ſcripto dignum duximus commendare. Notum itaque facimus tam futuris quam preſentibus, quod venit in preſentiam noſtram Godefridus, Caſtellanus noſter in Rechede (a) & adjuncta ſibi manu uxoris ſuæ Wicburgis & filiorum ſuorum Johannis, Heinrici, Godefridi, Hermanni reſignavit nobis *ex molendino in Lune* marcam & octo modios tritici, itemque ſex denarios in Ubbekencdorp ea ratione, ut hæc annuatim perſolvenda Eccleſiæ Cappenbergenſi conferremus. Nos itaque Deum

pre

pre oculis habentes, & fratres illos ob favorem canonicæ Religionis diligentes, huic petitioni clementer annuimus, & hæc, quæ resignata sunt, ad servitium conventus deputantes, prompte liberalitate donavimus. Quæ donatio ut rata semper & inconvulsa permaneat, paginam hanc sigilli nostri impressione jussimus consignari, anathemate ferientes omnem hominem, qui hoc fratrum servitium eassare, vel aliquatenus imminuere, iniqua presumptione temptaverit, vel mutare. Subnotatis testibus, quorum hæc sunt nomina: Remboldus majoris Ecclesie Prepositus, Herimannus ejusdem Ecclesie majoris Decanus, Volmarus Prepositus sancti Pauli, Godefridus sancti Ludgeri Prepositus, Godefridus frater noster (b) majoris Ecclesie Canonicus, Lubertus Canonicus sancti Martini; Ministeriales Bernardus, Fridericus de Rechede, Bernardus Werenzo, Albertus Dapifer, Alexander de Werne, Everhardus de Werne, Christianus de Wiskelo & Gerhardus filius ejus, Heinricus de Poppenhusne, Israhel de Sendene & alii quamplures. Actum anno gratie M°. CC°. X°VIIII. Pontificatus nostri anno secundo (c).

(L.S.)

Das auf weissem Wachse gedruckte parabolisch-runde Siegel hängt an seidenen aber wollichten Fäden von grüner und weisser Farbe, stellt einen sitzenden Bischof mit einer Bischofsmütze auf dem Haupte, dem Stabe in der rechten und einem offenen Buche in der linken Hand vor, und hat die Umschrift: † Theodericus dei gra, monasteriensis eccle. eps.

a) In andern spätern Briefen heißt er Burcgravius de Rechede, so wie seine Nachfolger, und bezeichnete den obersten Burgmann, den Burgrichter und den Burgverwalter.

b) Derselbe, welcher nebst seinen Brüdern noch in einer Urkunde von 1142 bei Steinen l. c. XXI. St. Seite 1434 als Probst zum h. Martinus in Münster vorkömmt.

Num. 21.

Graf Adolf von der Mark gibt dem Gotteshause Kappenberg den Hof in Bikenhausen, ein Erbe in Wetmar ꝛc., die seine Lehnleute demselben verkauft und ihm aufgetragen hatten. 1226.

Ex Originali Archivi Capenb.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Adolphus Dei gratia Comes de Marca. Quoniam tempora periculoſa ſunt & intentio humani cordis ſemper prona eſt ad malum, ea, que per nos laudabiliter & honeſte geſta ſunt, omni, qua poſſumus, cautione adhibita ita volumus roborare, ne unquam ulli in futurum calumpniandi vel malignandi detur occaſio. Notum igitur eſſe volumus tam preſentibus quam futuris Chriſti fidelibus, quod Lambertus de Velmede adjuncta ſibi manu matris ſue & ſororum ſuarum curtim in Bikenhuſen, quam a nobis tenebat in feodo. in manus noſtras reſignavit, datis ei a Capenbergenſibus Eccleſie fratribus octoginta marcis gravis monete. Nos vero fideli

ministerialium nostrorum usi consilio, de consensu heredum nostrorum jam dictam curtim in Bikenhusen cum pratis pascuis & nemoribus & omnibus appendiciis & justiciis suis Ecclesie Capenbergensi & fratribus ibi Deo servientibus in manus Andree Prepositi ob benignam nostre recordationis memoriam contulimus, pace perpetua possidendam. Decimam vero jam dicte curtis, cujus summa ad triginta denarios excrescit, & quatuor domorum in Elseie manipulos cum minuta Decima eisdem fratribus propter spem in celis positam perpetua possessione concessimus. Cunctis etiam Christi fidelibus tam futuris quam precedentibus notum esse volumus, quod Herimannus de Wethmare domum in Wethmare, quam de manu nostra tenebat in feodo, adjuncta sibi manu filiarum suarum de consensu heredum ipsarum in manus nostras resignavit, datis eisdem heredibus ab Ecclesie Capenbergensis fratribus sexaginta marcis. Nos igitur eandem Ecclesiam specialius in Christo diligentes, predictam Domum cum omnibus suis attinentiis fratribus ibidem Deo famulantibus contradimus perpetuo possidendam. Ut autem hec rata & inconvusa

per-

permaneant, presentem paginam sigilli nostri impressione fecimus consignari, subnotatis Testibus, quorum hec sunt nomina: Andreas Prepositus, Hugo Prior, Rotgerus Cellerarius, Bernhardus Successor ejus (*), Wilhelmus Custos & Philippus, Sacerdotes Canonici Capenbergensis Ecclesiæ. Volmarus Sacerdos de Marca, Ludolphus Dapifer & filii ejus Adolphus, Ludolphus, Richardus, Albero de Aslen & filius ejus Everhardus, *Gerwinus de Rinkenrodhe*, Johannes de Huvele, Heinricus Franzois, Adolphus Anlant, Thegenhardus Top, Everhardus de Wickedhe, Walbertus de Boggen, Rudolphus Rogge, Lubertus de Boine, Waltherus de Heringe, Johannes de Dinchere, Robertus de Sulede, Arnoldus de Westwich, Hugo de Methlere & alii quamplures. Acta sunt hec anno Incarnationis dominicæ millesimo ducentesimo vigesimo sexto, indictione quintadecima, epacta una, apostolice sedi presidente beatissimo Papa Gregorio, Imperatore Friderico Romanorum Rege glorioso.

(L. S.)

Das große runde Siegel ist in weissem Wachse gedruckt, hängt an weissen und grünen Fäden von wollichter Seide, stellt einen geharnischten Reiter vor, der mit der Rechten das Schwert führet, und mit der linken Zaum und Schild hält; auf dem Schilde ist ein Schachbalken mit einem darüber stehenden halben gekrönten Löwen zu sehen. Die Umschrift ist: † Sigillvm comitis Adolfi de Marcha.

*) Dieses zeigt an, daß die Urkunde eine zeitlang hernach, wo schon die Veränderung mit dem Kellner vorgegangen war, ausgefertigt wurde.

Num. 22.

Ludolf Bischof von Münster bestätigt dem Pfarrer zu Werne die alten Freiheiten für die Einwohner auf den Pfarrgründen rc. 1239.

Ex Originali Archivi Capenb.

Ludolphus dei gratia monasteriensis Episcopus. Quod Herimannus, Otto &

& Theodericus, Monasterienses Episcopi beate memorie, Ecclesiasticis Wernensis parrochie scripserunt & confirmaverunt (a), nos quoque Wernensis Ecclesie Libertati consulentes scribimus & confirmamus, ut neque in transposita Dote, neque in domo sacerdotis ullus umquam advocatus vel subadvocatus, seu alterius cujuslibet dignitatis aut officii persona litem aut calumpniam audeat suscitare, seu aliquam temporalis incommodi exactionem imponere. Ejusdem libertatis esse volumus, & sub anathemate precipimus areas ejusdem Ecclesie Doti specialiter attinentes, ut neque Advocatus nec aliquis subadvocatus aut ulla cujuslibet dignitatis aut officii persona prefatas areas & homines eas inhabitantes, similiter & cerocensuales jurisdictionis sue titulis aut exactionibus gravare presumat, quia non seculari sed ecclesiastico juri mancipate esse dinoscuntur. Sive igitur sit indigena sive advena, quicumque in jam dictis areis defunctus fuerit, ejus hereditas judicio Plebani jubjacebit (b). Si contigerit aliquem de cerocensualibus mori absque herede, hereditatem ejus Ecclesiasticus accipiet. Idem esse volumus de advenis, qui sine herede moriuntur

in

in cunctis domibus Ecclesie Wernensi attinentibus, nichilque juris Advocato vel subadvocato recognoscet. Confirmamus etiam sacerdoti Wernensi duas agrorum nostrorum extremitates in prato ipsius concurrentes, sic tamen ut inde duos annuatim nummos persolvat, unum videlicet in curtim nostram, alterum in mansum nobis attinentem. De agris etiam, qui vulgo dicuntur Hurlant, omnem prohibemus exactionem. Hanc itaque paginam sigillo nostro roborantes omnem ejus temeratorem, nisi resipuerit, eterno anathemate obligamus. Testes sunt Hugo Prepositus Capenbergensis, Bernhardus Cellerarius, Bernhardus Ecclesiasticus, Herimannus Sacerdos, Albertus Custos, Wilhelmus Vicedominus, Bernhardus Notarius. Adolphus Comes, *Gerwinus de Rinkenrodhe*, Bernhardus de Meinhuvele, cum duobus suis fratribus, Adolphus de Boinen cum suis fratribus, Johannes de Wikedhe & Heinricus de Asle sacerdotes, Everhardus Judex & filii sui Ludewicus & Everhardus, Ludolphus filius Alexandri, & alter Ludolphus de Werne. Actum anno gratie M°. CC°. XXXVIIII°. Datum apud villam Werne XI°. kalendas aprilis.

(L.S.)

Das Siegel ist abgefallen, und hangen nur nur noch die Fäden an der Uekunde.

a) Vergl. die 32te Urk. von 1192 im 3. B. der Münst. Beitr. S. 95, und im 2. B. die 40te und 41te Urk. von 1213 und 1223 S. 248 und 250.

b) Nach Absterben eines Erbgesessenen ward vom Hofrichter, wenn der Verstorbene ein gemeiner Hofmann war und ein Hofsgut besaß, oder von einem dazu bestellten Richter, wenn der Verstorbene ein Sondermann und das Gut ein Sondergut waren, ein Gericht in dem Sterbhause gehalten, das Erbgericht hieß, wobei der Sterbfall, der ein Erbe genennt wurde (hæredium oder hæreditas) für den Hof oder Hofherrn gezogen, der Zustand des Gutes und die Schulden desselben aufgenommen wurden, und ob sie rechtmäßig geschehen sind, untersucht ward; wo der Witwe, wenn der Erbfolger oder Anerbe großjährig, ihre Leibzucht eingeräumt, den übrigen Kindern ihr Kindstheil zugelegt, und die Gläubiger befriedigt wurden. So bestellte der Pastor zu Werne nach Absterben solcher Leute, die auf den Gründen des Wemhofes

ses (Wedem- oder Wedemehofes, vielleicht soviel als der Pfarrkirche gewidmeter Hof, wovon geweiheter Hof) wohnten, und so unterm Kirchenpatron als Hof- und Schutzherrn standen, ein Erbgericht, und ließ im übrigen durch den bestellten Richter nach der Gewohnheit des Landes verfahren. Hierbei zog dann der Pfarrer ein Erbe (hæredium, caput optimum) wenn der Verstorbene Kinder oder Erben hinterlassen hatte; wenn nicht, die ganze Nachlassenschaft. Dagegen war auch der Pfarrer verpflichtet, solche Leute zu vertreten: wie aber dieses bei den weltlichen Hof- und Gutsherren aufgehört hat, wenn nicht der Hof- oder Sondermann nebst den Kosten auch die sonst schuldige Bemühung denselben bezahlen will; so ist es auch bei den Geistlichen geschehen. Der Sterbfall gehört jezt unter die unstäten trockenen Gefälle: olim non sic.

Num.

Num. 23.

Kaiser Heinrichs Urkunde über verschiedene Rechte und Pflichten des Fürsten und Abtes von Korfei und seiner Dienstleute, wie solche vor ihm von den Reichsfürsten gewiesen wurden.

Ex Chartulario Corbej. ſæc. XVti.

H. Dei gratia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus, univerſis infeodatis miniſterialibus, opidanis, totique familie corbejenſis Eccleſie gratiam ſuam & omne bonum. Univerſitati veſtre duximus ſignificandum, quod coram nobis cum requireretur in ſententia, venerabili Abbati H. Corbejenſi Electo requiſitis omnibus extitit adjudicatum: quod univerſa officia Eccleſie ſue pertinentia vacent, & ad nutum ſuum ſint inſtituenda, exceptis quatuor officiis principalibus, quorum bona nullius juſtitie vel aſtutie interventu ab ipſis officiis poterunt alienari, officiatorumque filii ſeniores & legitimi patrum ſuccedant officiis pleno jure. Verum etiam, quod in civitatibus, oppidis & villis campſiones dena-

denariorum non fiant, nisi de consensu & voluntate prenominati; & moneta nullatenus est cudenda. Quicumque ministerialis vel officiatus personam Domini sui nequiter insequendo vel captivando vel perfide spoliando offenderit, jure suo privari debet & officio, nisi de benivolentia Principis relaxetur. Demum quicumque Abbas Dotem Ecclesie nisi de consensu & communi deliberatione capituli sui obligaverit, creditor Abbatem successorem suum non impetet nec artabit exigente rigore juris cujusquam obligationis vel debiti occasione. Donationes mansorum, concessiones feodorum, obligationes pignorum ante Regalium receptionem facte sint in irritum revocande. Cum itaque universa predicta dictante Principum & aliorum magnatum & fidelium imperii sententia sint confirmata, mandamus videlitati vestræ, sub pena gratie nostre firmiter precipientes, quatenus ea, sicut fidem vestram condecet & honestatem, Abbati prenominato tanquam Domino vestro illesa & integra conservetis: quod si non fecerit, indignationem omnipotentis Dei nostreque majestatis gravem offensam se noverit incursurum. Datum apud Wirzeburc VI. kalendas Julii, indictione XI. (*)

*) Ueber den reichhaltigen Inhalt dieser Urkunde ließen sich ganze Abhandlungen schreiben; Anmerkungen aber würden sehr unbefriedigend ausfallen. Daß der Inhalt in das ältere Hof- und Lehnswesen, und in die ältern Staatsverfassungen nicht wenig eingreife, und verschiedenes davon in die spätern Capitulationen aufgenommen sei, wird jedem nicht ganz Unkündigen leicht auffallen.

Num. 24.

Das Stift zu Herdicke überläßt durch einen Verkauf dem Osnabrückischen Bischofe Engelbert den Hof Ruthinclo im K. Widenbrügge. 1244.

Ex Orig. Archivi Marienfeld.

In nomine sancte & individue Trinitatis amen (*). Hathewigis Dei gratia Abbatissa, totusque Conventus Ecclesie sancte Marie in Hirrike universis Christi in perpetuum. Sicut rerum preteritarum apud eos, qui presentes sunt, ita presen-

presentium apud illos, qui futuri sunt, nasci solet oblivio. Hinc est, quod tam presentium quam futurorum fidelitati cupimus esse notum, quod nos de maturo & communi consilio totius Conventus nostri venerabili Domino Engelberto Osnabrugensi Episcopo curiam in Ruthinclo, quam Ecclesia nostra libere & quiete possederat ab antiquo, cum hominibus & omnibus attinentiis suis infra parrochiam Widenbruggen, titulo venditionis damus & libere dimittimus perpetuo possidendam; ipsum mittentes in possessionem ejusdem curie cum plenaria Warandia. In cujus rei testimonium presentem paginam super ea confectam, sigillo nostro & conventús nostri duximus roborandam. Acta sunt hec anno Domini M°. CC°. XL°. IIII°, mense Julii, presentibus testibus *Everhardo fratre nostro de Volmutstene*, Gozziwino Canonico Ecclesie nostre, Thithardo, Engelberto, Gerewino, qui erant ex parte nostri; ex altera parte Theoderico de Hornen, Amelungo de Linen, Amelungo de Gore, Rethero, Hermanno Advocato de Bekem, Henrico Sacerdote, Elhardo, Pilegrino.

(L.S.) (L.S.)

Beide Siegel hangen an pergamenen Riemen, und sind in weissem Wachse abgedruckt.

*) Bis hierher sind große lange Buchstaben.

Num. 25.

Graf Adolf von der Mark gibt dem Gotteshause Kappenberg den Eigentum des Gutes in Wanemale mit dem Zehnten, die sein Lehnmann Nicolaus Stipel zu dessen Behuf aufgetragen hatte. 1245.

Ex Originali Archivi Capenb.

Adolfus dei gratia Comes de Marca notum facimus universis Christi fidelibus, quod Nicolaus miles de Stipele cum consensu uxoris sue Renswidis, necnon & heredum suorum usus consilio domum in Wanemale cum decima, quam a nobis tenebat in feodo, in manus nostras resignavit, petens & supplicans

ut

proprietatem tam Domus quam decime earundem Ecclesie Capenbergensi conferremus. Nos vero, quia jam dictam Ecclesiam cum suis fratribus specialiter semper dileximus, piis precibus ipsius annuentes de consensu heredum nostrorum proprietatem domus in Wanemale & colonos eandem inhabitantes cum Decima tam majore quam minore & cum omnibus suis attinentiis Ecclesie in Capenberg & fratribus ibidem Deo militantibus contulimus perpetuo possidendam. Et ne ullus injuriosus invasor hanc nostre liberalitatis donationem imposterum audeat irritare, presentem paginam sigilli nostri appensione duximus roborandam, subnotatis testibus quorum hec sunt nomina: Waltherus nobis de Dulberg, Adolfus & Richardus de Boinen, Ludbertus de Boinen Dapifer, *Gerwinus de Rinkenrode*, Arnoldus & Theodericus fratres & Adolfus de Altena, Hinricus de Vitinchove, Gerhardus de Letene, Arnoldus de Didenchoven, Arnoldus Notarius & alii quamplures. Datum Capenberg anno Domini M°. CC°. XLV°.

(L.S.)

Das

Das unverlezte auf weissem Wachse gedruckte Siegel ist oben Num. 21 beschrieben.

Num. 26.

Heinrich von Volmestein belehnt nach einem beigelegten Streite Alberten von Osthoven seine Frau und Kinder mit $8\frac{1}{2}$ Morgen Landes ꝛc. 1249.

Ex Originali Archivi Capit Sosat.

In nomine Domini amen. Nos Henricus de Volmestene tenore presentium notum facimus & protestamur, quod cum nos Alberto de Osthoven Civi susatiensi super octo jugeribus & dimidio apud curtem Rothus sitis, que quondam Winando in Werdinchusen pertinebant, movissemus materiam quæstionis, tandem ob dilectionem civitatis susatiensis accepto servitio ab ipso A. per omnia eidem renuntiamus questioni, omnique juri, quod nobis ratione predictorum agrorum posset competere contra ipsum.

Recognoscimus etiam & deinceps recognoscere volumus; quod nos supradicta jugera agrorum A, uxori sue & quinque pueris ipsorum, quorum nomina hec sunt, Albertus Godescalcus, Elgerus, Henricus, Gerhatdus, sine omni conditione concessimus in feodum absolutum. Preterea bona in Rupenlo cum omni fructuum utilitate prenominatis A. uxori sue & pueris eorum in feodum absolutum supradicto modo concessimus perpetuo possidenda. Ut igitur que premissa sunt, rata permaneant & firma, presens scriptum eisdem contulimus sigillo nostro signatum, pro jure suo si necesse habuerint exhibendum. Actum anno Domini M°. CC°. XLIX°, tertia feria ante Philippi & Jacobi. Presentes erant Theodericus de Honrode, Conradus de Allagen, Menricus, Andreas milites; Godescalcus de Horehusen tunc magister Burgensium susatensium, Adam de foro, Thecbertus Ecbertus de Allagen, Wernerus de Lunen, Theodericus de Bekehem, Hermannus de Huttinchusen, Gerhardus de Medebeke, Radolf de Anglia, Henricus de Hamelen, Gotmarus de Medebeke, Gerwinus de Lunen, Conradus de Medebeke, Henricus Semigal-

lus

lus & Hildegerus gener ſuus, Gerlacus juvenis, Theodericus de Hoveſtat, Godeſcalcus de Lippia, Albertus felix, Godefridus Longus, Bernardus Renkinc, Hermannus de Bennekinchuſen, Hermannus, Luthardus & Herbordus fratres de Effle, Gerhardus Vagina, Henricus Vole, Rodolphus & Theodericus fratres, Gerhardus de Lunen & filius ſuus, Herbordus Lencink, Henricus Bellator, Henricus de Hoſtiis, Regenhardus Anfora, Johannes de Kefflike, Herbrodus de Auliforo, Rudengerus Roſa, Conradus magiſter Tecelo preco, Henricus Walenggel, Godeſcalcus Venator, Gerhardus de Sunebuc, Hildegerus Swelinc, Rhetmarus Muttiken, Thetmarus Make, Henricus de Alen, Hermannus de Saltcoten, quos omnes dictus H. de Volmentſtene acceptavit, ac ab ipſo eſſent infeodati.

(L.S.)

Das dreieckige birnförmige Siegel in weiſſem Wachſe hängt an einem pergamenen Riemen und ſtellt drei Blätter vor wie Num. 19. lit. A.

Num. 27.

Graf Godfrid von Arnsberg belehnt Hermannen von Brokhausen mit dem Hofe in Flierich, auf dem die Edlen von Holte verzichtet hatten. 1250.

Ex Chartulario pergameno post medium saec. XIVti conscripto.

In nomine Domini amen. Godefridus Comes de Arnsberg universis, ad quos presens scriptum pervenerit, eternam in Domino salutem. Ut omnis imposterum dubietas amputetur, notum esse volumus presentibus & futuris, quod Adolphus nobilis de Holthe & Elyzabeth uxor ipsius & heredes eorundem, necnon & Ermengardis memorate Elyzabeth mater curtem in Vlerike cum agris cultis & incultis & universis attinentiis suis, quam a nobis in feodo tenuerunt, in nostras manus in castro nostro Arnsberg publiee resignarunt. Nos itaque prefatam curtem cum attinentiis suis Hermanno militi de Broichusen & Hildegardi uxori ipsius necnon & heredibus eorundem porreximus

in

in feudum liberaliter & abſolute. Ne autem hoc factum noſtrum a nobis ſeu heredibus noſtris, vel etiam a ſupradicto Domino Adolpho de Holthe ſeu heredibus ſuis valeat aliquatenus infringi vel immutari, preſens ſcriptum exinde confectum noſtri & ipſius Domini Adolphi ſigillorum munimine fecimus roborari. Preſentes fuerunt ex parte ipſius Herimanni, cum in Nyhem ipſi & uxori ſue prefate dictam curtem porreximus, Waltherus nobilis vir de Dhuleberg, Thidericus de Althena, *Gerwinus de Rinchenrodhe*, Godefridus de Huvele, Johannes de Broichuſen, Henricus de Broichuſen, Gerardus dictus Dukere, Richardus de Boynen milites; Judex Tremonienſis, Wilhelmus de Ole, Ceſarius de Horſt. Hii preſentes fuerunt & aſtiterunt reſignationi ipſius curtis: Hermannus de Nehem, Hunoldus de Odingen, Thidericus dictus Vilarich, Conradus de Meninchuſen, Rutgerus de Elnere, Udo de Elſepe, Johannes dictus Biſo, Giſelerus de Meſchede, Rudolphus de Borbenne, Bernhardus de Wichlon milites & caſtellani noſtri; item Wernherus Dapifer noſter, Helyas filius Domini Henrici dicti Niger, Heidenricus de Thunen, Everhardus dictus

Hake,

Hake, Johannes de Wichlon, Anthonius ferox. Datum & actum in castro nostro Arnsberg anno Domini M. CCmo. L°. (*)

*) Diese Urkunde wird von Kremer im 2. B. seiner Beitr. zur Gülch- und Bergischen Geschichte §. 4. Seite 8 und 9 angeführt und ins Jahr 1202 gesezt, wozu er, oder derjenige, von dem seine Abschrift herrühret, durch den Umstand verführt wurden, daß der Buchstabe L in der Jahrzahl in der Urschrift so wie in dem Chartulario so gebildet ist, daß er beinahe der Ziffer 2 gleichet — Uebrigens hätte der Fehler schon durch das Zeitalter, indem die vorkommenden Hauptpersonen sowohl als die Zeugen zusammen gelebt haben, können verbessert werden.

Num.

Num. 28. Lit. A.

Graf Otto von Altena und Graf Engelbert von der Mark geben den Eigentum eines Grundstückes, das Gertrud von Wickede von ihnen zu Lehn hatte, dem Krankenhause zu Kappenberg. 1251.

Ex Originali Archivi Capenb.

Otto dei gratia Comes de Althena, Engelbertus Comes de Marca, germani fratres. Ut acta patrum felici recordatione transferantur ad filios, notum facimus universis hanc paginam inspecturis, quod Domina Gerthrudis de Wickede cum liberis & heredibus suis loco, qui dicitur Berge, coram nobis comparens quendam in Cothen jurisdictionis nostre fundum, feodaliter sibi porrectum, multis coram positis in manus nostras resignavit; significans etiam nobis, eundem mansum a Domino Bernhardo, nobis devoto & dilecto, dicto de Methlere, Ecclesie Capenbergensis Canonico ad perpetuos usus infirmarie & Canonicorum ibi decumbentium comparatum. Nos autem ad instantiam pre-

predicti B. de Methlerc in presentiarum tunc positi & amicorum ejus nobis familiarium hanc emptionem & precipue ordinationem ob infirmorum compassionem ratam habentes, jam dictum mansum Ecclesie Capenbergensi ad usus Canonicorum decumbentium, ut supra diximus, perpetuo contulimus possidendum. Ut autem hec rata permaneant & inconvulsa, & nequis posterorum seu prelatorum seu officialium prefatam ordinationem mutare, subtrahere presumat vel cassare, presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam, subnotatis testibus, quorum hec sunt nomina: Hugo Prepositus, Gerhardus Prior, Bernhardus Cellerarius, Herimannus Subprior, Albertus Custos; Waltherus de Duleberge, *Gerwinus de Rinkenrode*, Adolfus, Richardus & Hugo fratres de Boine, Godfridus de Hovele, Lubertus de Boine, Herimannus & Johannes fratres de Broke, Hinricus de Rura, Johannes de Dinchere, Arnoldus Masche, Arnoldus in Marcha Plebanus, Werno Notarius, Arnoldus, Theodericus, Herimannus & Everhardus & Giselerus fratres de Altena, Degenhard Thop, Thitmarus de Ludelscede, Wilhelmus de Ekenscede,

scede, Macharius de Dungelen, Conradus de Didinchoven, Theodericus de Vitinchoven, Lambertus de Velmede, Lambertus Scoke & alii quamplures, Datum anno Domini M°. CC°. LI°.

(L.S.) (L.S.)

Beide Siegel sind auf grünes Wachs gedruckt, und hangen an seidenen Fäden von theils gelber theils rother Farbe.

Das erste ist rund, und stellt in einem dreieckigten Schilde den Schachbalken und über demselben einen gekrönten Löwen zur Hälfte vor. Die umlaufende Schrift ist: † Sigillvm Ottonis Comitis de Althena. Auf der Kehrseite ist ein kleineres rundes Siegel eingedruckt, das in einem dreieckigten Schilde einen zum Streit aufgerichteten gekrönten Löwen vorstellt mit der umlaufenden Schrift † Hic latet secretum littere.

Das zweite ist ein dreieckigtes schildförmiges Siegel mit dem nemlichen Wapenbild wie das erste; die Umschrift aber ist: † Sigillvm dni Engelberti de Marcha. — Sieh §. 15. im Aufsatze betitelt: Die Grafschaft Mark in ihren Anfängen der im Jahrgange 1797 des Magazins für Westfalen abgedruckt ist.

Num.

Num. 28. Lit. B.

Graf Engelbert von der Mark gibt an die Kirche zur Mark das Gut in Schmidehausen, und verordnet, wie es mit dessen Einkünften sollte gehalten werden. 1251.

Ex Originali penes me.

Engelbertus Comes de Marcha universis hoc scriptum legentibus salutem in perpetuum. Quoniam ea, que geruntur in tempore ne labantur cum tempore, poni solent in lingua testium & scripture memorie commendantur. Proinde notum facimus omnibus hanc paginam inspecturis, quod, cum inter venerabilem Dominum, monasteriensis Ecclesie Episcopum, Ottonem ex parte una, & dilectum patrem nostrum Comitem de Althena & nos ex parte altera super quibusdam causis exorta fuisset discordia, Turrim Ecclesie de Marcha, de qua timebamus nobis imminere dampna & gravamina, destrui fecimus. Nos vero omnipotentis Dei hinc inde metuentes vindictam in illius dampni recompensationem mansum in Smidehusen

cum

cum omnibus ſuis attinentiis, Hildebrandum eundem manſum excolentem. Alheidim uxorem ſuam & Wichmudim Hildebrandi matrem cum omni poſteritate eorum ſancto Pancratio ejusdem Eccleſie patrono cum affectu ſincero & libera noſtra voluntate contulimus perpetuo poſſidendum, fratre noſtro Ottone Comite de Althena & uxore mea Kunegundi conſentientibus; ſupradictos homines ab omni gravaminis exactionis conſuetudine & jure, quo nobis aſtricti erant, liberos dantes & ſolutos, committentes eos univerſis Caſtellanis noſtris de Marcha & ſingulis ab omni violentia & moleſtia taliter defendendos, ut in die diſtricti judicii ſe gaudeant a beato Pancratio mercedem in celeſti ſolio recepiſſe. Statuimus etiam ut redditus prefate domus & bona a prenominatis hominibus & eorum poſteris quocumque caſu contingente emergentia non ſolum ad Plebani, immo ad omnium Caſtellanorum de Marcha veniant preſentiam, que tam plebanus quam Caſtellani cum communi conſilio ad uſus beati Pancratii taliter locabunt, ut eidem Eccleſie in lumine perpetuo die noctuque ardenti provideatur; ſiquid vero de redditibus ſepefate domus reſiduum

duum fuerit, alia necessaria, in quibus communiter concordaverint, Ecclesie ministrabunt. Hec autem nostra donatio, ut inconvulsa permaneat, & in suo robore subsistat, super hac re gesta presentem paginam conscribi fecimus, tam sigilli fratris nostri Ottonis de Althena quam nostri munimine roboratam. Testes hujus rei sunt Waltherus vir nobilis de Dulberg, Àdolphus de Boinen, Lutbertus de Boinen, Hartlevus Riscebere, Godefridus de Huvele, *Gerwinus de Rinkenrode*, Hermannus, Heinricus, Johannes de Brukhusen fratres, Theodericus Vitulus, Luttolphus de Boinen milites; Johannes de Dinchere, Castellani in Marcha; Arnoldus Pastor ejusdem Ecclesie, Wilhelmus & Heinricus socii sui. Acta sunt anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, in die sanctorum apostolorum Philippi & Jacobi, & Walburgis Virginis.

(L.S.) (L.S.)

Die Siegel sind abgefallen, die gelben und rothen seidenen Fäden aber hangen noch an der Urkunde.

Num.

Num. 29.

Graf Engelbert von der Mark sichert dem Gotteshause Kappenberg seine Gunst zu, und es gleich seinen Vätern bei seinem Rechte zu erhalten. 1254.

Ex Originali Archivi Capenb.

In nomine Domini amen. Notum esse volumus omnibus presens scriptum intuentibus, quod nos Engelbertus Comes de Marca coram Ecclesia Capenbergensi recognoscimus, nos ipsi fecisse injuriam in capiendis hominibus ipsius & exactionem in ipsis faciendo. Quoniam injuriam a preposito & capitulo suo humiliter petivimus nobis remitti propter Deum & favorem nostrum plenius inposterum habendum, quam benigne remiserunt; & nos in antea, ne consimile quid ex parte nostra fiat, Ecclesie cavere studebimus, prefatam vero Ecclesiam in eo jure, quo Pater & avus noster ipsam servabant, servabimus, in eo videlicet favore, quod ab Ecclesia, Domino dante, redargui non merebimur. In hujus rei testimonium pre-

presentem paginam sigillo nostro duximus roborandam sub notatis testibus, quorum hec sunt nomina: Johannes majoris Ecclesie in Colonia Scolasticus, Hugo Prepositus in Cappenberg cum omni suo Conventu, Gerhardus Prepositus Ecclesie sancte Marie in Trajecto superiori (a), Hinricus Canonicus monasteriensis dictus de Turri, Gervasius Decanus in Lon, Arnoldus Plebanus in Hamme, Engelbertus Plebanus in Camene; Walterus Nobilis de Tholberge, Fredericus & Hermannus fratres de Menhovele, Herimanns de Ludinchusen, Hinricus de Richede, *Gerwinus de Rinkenrode*, Adolfus de Boyne, Godefridus de Hovele, Lubbertns de Boyne, Hermannus & Johannes de Brochusen, Gerhardus Dapifer de Altena, Everhardus de Hesne, Fredericus juvenis de Bozlare; Scabini de Monasterio Godefridus de Beveren, Dithardus Parvus, Conradus Wrede, Bruno Brumelinc & alii quamplures. Datum & actum in Capenberg anno gratie. M°. CC°. LIIII°. octavo idus Junii.

(L. S.)

Das

Das große runde Siegel in grünem Wachse hängt an rothen und grünen seidenen Fäden, und stellt in einem dreieckigten Schilde einen Schachbalken vor mit der umlaufenden Schrift: * Sigil'. Engelb'ri. coitis. de. Marchia. Auf der Kehrseite ist ein rundes kleineres Siegel eingedruckt, welches eine vielblätterige Rose mit der Umschrift: † Sigillvm secreti. vorstellt.

a) Gerhard Probst zu Mastricht war ein Bruder des Grafen Engelbert, und ward nachher Bischof in Münster.

Num.

Num. 30.

Otto Bischof von Münster gibt dem Gotteshause Kappenberg den Eigentum des Zehnten zu Alstede, den die Familie von Rechede von ihm zu Lehn getragen und zum Behuf des Gotteshauses darauf verzichtet hatte.

Ex Originali Archivi Capenb.

Otto dei gratia monasteriensis Episcopus. Quoniam hujus temporis venditiones quantumque legitimas juniorum cavillatio malignantium revocare plerumque nititur & irritare, cura exigit pastoralis, ut omnium nobis commissorum & maxime religiosorum paci & quieti prospicientes, res corcm nobis rationabiliter gestas ad posterorum noticiam scripture vivacitate transmittemus. Unde notum facimus universis tam futuris quam presentibus, quod, *cum essemus Rokeslar in generali Ministerialium conventu*, processit Hinricus de Rechede cum consensu uxoris sue Gisle & heredum suorum & adjunctis sibi manibus Godefridi Burchgravii patris

sui

ſui & Hermanni fratris & coheredis ſui, necnon & Conradi nepotis ſui, ſimiliter cum conſenſu uxorum & heredum Decimam, quam a nobis in beneficio habebat ſuper tredecim manſos in Alſtede, que jure hereditario ſuam contingebat portionem, nobis voluntarie reſignavit, ea conditione ut ipſam Eccleſie Capenbergenſi conferremus. Nos igitur, quia Eccleſiam ſupramemoratam ſpeciali quodam ampleſtimur amore, piis ejus profectibus congaudentes prefatam decimam Beate Marie Virgini ſanctoque Johanni Apoſtolo patronis in Capenberg cum omni integritate, videlicet cum collectione manipulorum, minutam decimam in manus dilectorum noſtrorum Hugonis Prepoſiti & Bernardi Cellerarii & Arnoldi ſacerdotis ad uſus fratrum ibidem Deo ſervientium proprietatis tytulo contulimus perpetuo poſſidendam. Nequis autem inpoſterum violentus aut injurioſus invaſor predictam Eccleſiam a quieta poſſeſſione audeat perturbare, preſentem paginam ſigilli noſtri appenſione dignum duximus roborandam, anathematizantes omnem hominem, qui hanc noſtre liberalitatis donationem caſſare preſumpſerit vel infirmare. Hujus rei teſtes ſunt

Wilhelmus major Prepositus, Stephanus major Decanus, Fridericus Prepositus sancti Ludgeri, Johannes majoris Ecclesie Thesaurarius; Herimannus de Holte Nobilis, Fredericus de Boschlare & Rudolfus filius suus, Herimannus de Daverenberge, *Gerwinus de Rinkenrode*, Richardus de Boyne, Godefridus de Hovele, Lubbertus de Boyne, Bernhardus Bitter Dapifer de Marcha: Bernhardus de Capella, Bernhardus Crampe, Herimannus de Sendene, Ludewicus de Waltorpe, Gerhardus de Altena, Ludolfus de Werne, Ludewicus de Werne, Bernardus de Pikenbroke, & alii quamplures. Acta sunt hec *Rokeslare in generali Ministerialium Conventu*, anno dominice incarnationis M°. CC°. LVI°.

(L. S.)

Das parabolisch- runde Siegel in grünem Wachse hängt an rothen seidenen Fäden, stellt einen sitzenden Bischof vor mit der Bischofsmütze auf dem Haupte, dem Stabe in der rechten und einem nicht geöffneten Buche in der linken Hand, und hat die Umschrift † Otto dei gra. monasterien. eccl'ie. epc. Seds.

*) Der

*) Der Ausdruck: generalis Conventus Ministerialium, deutet hier nicht allein auf eine gemeine Zusammenkunft der Dienstmannen, sondern auch der edlen und freien Mannen und des Domkapitels, wie die Zeugen in dieser und andern Urkunden es bewähren. Sie stellten die Landstände nach den spätern und jetzigen Begriffen noch nicht vor: sie waren aber doch schon der Keim und der Fuß der spätern Landtage.

Die Landtage waren zwar um diese Zeit nicht unbekannt, und das Wort: Landtag wohl so alt, als die Landschaften, die durch Zusammentragung der Rechte und Kräfte mehrerer Bauergemeinden zu ihrer Erhaltung entstanden sind: aber die frühern Versammlungen der bloßen Dienstmannen waren keine Landtage: nur Sachen, welche das Dienstwesen und die Dienstlöhnungen betrafen, und was sich auf ihre Personen bezog, gehörte vor ihre Versammlung. Als aber die Hauptleute der Nazion, die Bischöfe, Herzoge, Grafen rc. nur mit den Dienstmannen und jenen freien Mannen, die sich ihnen angeschlossen hatten, Fehden und Frieden verabredeten, Bündnisse mit andern schlossen (S. Urk. von 1198 unter Num. 14

 hier

hier oben), die Kammergüter mit ihrem Willen versezten, Länder erwarben oder abstanden ꝛc.; als die Dienstmannen mit den edlen und freien Mannen bei den Wahlen der Bischöfe mitwirkten, sogar bei der weltlichen Erbfolge, wenn ein Sohn nach Abgang seines Vaters die Regierung antreten wollte, nicht ohne Stimme waren (conf. nota zu der Urk. Num. 4 lit. B. hier oben), als man eine allgemeine Besteuernng des Landes nur mit ihnen verabredete ꝛc.; so mußte freilich aus der gemeinen Versammlung der Freien= und Dienstmannen der heutige Landtag hervorgehen.

Num. 31. Lit. A.

Theoderich Edler von Volmestein gibt an das Gotteshaus Scheda den Zehnten vom Dorfe Werninge ꝛc. 1257.

Ex Copiario Schedensi sæc. XVI. conscripto.

Ego *Theodericus Nobilis de Volmestene* omni-

omnibus presens scriptum visuris in perpetuum. Quoniam rerum gestarum memoriam plerumque tollit oblivio, provide scripto perhennantur, quicquid perhenniter scire desideratur. Noverint itaque universi tam futuri quam presentis evi homines, quod Decimam de Willa, que vocatur Werninge, quam aliquanto tempore feodi titulo possedi, postmodum obtinui mihi liberam recognosci, tradita proprietate curtis mee tum me Dale in manus Domini Cunradi tunc temporis Archiepiscopi coloniensis, & eadem denuo in feodo recepta. Decimam vero prefatam cum consensu ac benevolentia dilectissime *matris mee*, *Domine Sophie*, *& fratrum meorum Everhardi Walrami*, *Hermanni*, *Adolphi*, *Engelberti*, *Frederici*, *Henrici* Deo & beate Marie perpetue virgini & fratribus Ecclesie de Schede cum omni integritate dedi possidendam; & hoc fratrum sigillis ac testibus subscriptis roboravi, quorum nomina sunt Gerhardus de Hurdhe, Hinricus Schule, Ludewicus de Mesekenwerke milites, Bertramannus Dapifer, Godefridus van me Hedhe, Everhardus Luceus, Helias de Strunckrorp, Henricus Oclo, & alii quamplures. Actum in annunciatione

tione dominica anno gratie M.°. CC°. LVII°.

Num. 31. Lit. B.

Die Bürgen des vom Edlen Hermann von Holte gefangen gewesenen Osnabrückischen Bischofes Bruno geloben dessen geleistete Urpfede zu halten, und daß er die darüber eingegangenen Punkte erfülle. 1257.

Ex Copiario Cath. Eccles. Monast. circa medium sæc. XIV. conscripto.

Nos Ph. Prepositus susatiensis & Thesaurarius coloniensis, H. Comes de Sterrenberghe, H. Comes in Dale, L. de Steinvordia, B. de Broke, *Th. de Volmestene* Nobiles, presentibus protestamur, quod cautionem, que dicitur Orvede, quam venerabilis pater, Dominus & Consanguineus noster Bruno, osnaburgensis Episcopus super liberationem sue captivitatis in Ringelenbergh presti-

preſtitit nobili viro Hermanno dicto de Holte & ſuis coadjutoribus in hoc caſu una cum ipſo ſtudebimus inviolabiliter obſervare. Proteſtamur nos etiam promiſiſſe, quod ordinationi ſeu arbitrio venerabilium patrum Ottonis Monaſterienſis, Symonis Paderburnenſis Episcoporum, necnon nobilium virorum Th. filii ſenioris & Th. Comitis Farepontis filiorum Comitis Clivenſis dictus Dominus & conſanguineus noſter osnaburgenſis Episcopus parebit, & in hoc caſu firmiter adimplebit cum effectu. In cujus rei teſtimonium preſentem paginam ſigillorum noſtrorum munimine duximus roborandam. Actum & datum Monaſterii anno Domini M°. CC°. LVII, nonas Martii.

Num.

Num. 32.

Wilhelm Bischof von Münster gibt dem Gotteshause Cappenberg den Eigentum der Mühle bei Lünen, welche es von der Familie von Rechede gekauft hatte. 1260.

Ex Originali Archivi Capenb.

In nomine Domini amen. Wilhelmus dei gratia Ecclesie monasteriensis Episcopus, omnibus in perpetuum. Quoniam res, que geritur in tempore, temporalem motum sequitur, & diu non potest subsistere, nisi vivaci litterarum testimonio perennetur. Notum facimus tam presentibus quam futuris, quod, cum Conradus de Rechgede miles molendinum situm apud Lunen, quod a nostra in feodo tenuerat Ecclesia: Ecclesie Cappenbergensi juste ac legaliter pro sexaginta marcis vendidisset, ipsumque molendinum idem miles cum avo suo & ipsius filiis suis patruis, siquid in molendino predicto juris competebat eisdem, coram nobis absolute & libere resignasset, nos proprietatem molendini ejusdem dicte Ecclesie Cappen-

pen-

penbergensi cum consensu Ecclesie nostre capituli duximus conferendam. Ne autem supradicta venditio & resignatio nostraque collatio a quoquam imposterum irritari valeat vel infringi, presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus communiri. Acta sunt hec Monasterii hiis presentibus, Gerhardo Preposito, Hermanno Decano, Johanne Thesaurario, Thiderico Scolastico, Gerlaco de Odensele Preposito, Ernesto Cantore, Thitmaro Norendin, Bernardo de Asbeke, Johanne de Rethe, Gerhardo de Lon, Brunsteno, Rotgero de Didinchove & Gizelberto de Warendorpe Ecclesie nostre Canonicis; item Laicis Ottone Comite de Altena, Hermanno & Wilhelmo de Holte & Wilhelmo Ruceno Nobilibus; Frederico, Hermanno & Rodolfo de Menhuvele, Bernardo Ruceno, Hermanno & Everhardo de Wittene, Thiderico de Sconenbeke, Hermanno de Langene, Godefrido de Coten, Arnoldo de Bosensilen, Hinrico, Johanne & Hermanno fratribus de Rechgethe militibus, & aliis multis probis viris. Anno Domini M°. CC°. sexagesimo.

(L.S.)

Das

Das auf weissem Wachse gedruckte parabolisch: gespitzte Siegel hängt an rothen seidenen Fäden, stellt einen sitzenden Bischof wie Num. 30 vor, mit der Umschrift: † Wilhelmus. dei. g - - - monaste: eccle: epc. Auf der Kehrseite ist ein kleineres rundes Siegel eingedruckt, das das Haupt des h. Paul vorstellt mit der Umschrift: † Sanctvs. Pavlvs.

Num. 33.

Das Stift zu Nordhausen verkauft dem Münsterischen Bischofe Gerhard alle seine Güter im Bisthume Münster einige wenige ausgenommen. 1263.

Ex Copiario cath. Eccl monast. medio saec. XIV. conscripto.

Universis Christi fidelibus visuris presentia innotescat, quod nos Wydigho Prepositus, Hugoldus Decanus & Capitulum Ecclesie Northusen maguntine Dyocesis, Eclesie nostre utilitate pensata, de communi consilio & unanimi voluntate

tate Curtem Konynghinchof ſitam juxta Ghemene & Curtem ſimiliter dictam Koniginchof ſitam juxta oppidum Bocholte ac alia univerſa Eccleſie noſtre bona ſita in monaſterienſi Dyoceſi, — exceptis tamen bonis *Gerwini de Rynkenrode militis*, curte videlicet in Bochorſt cum hominibus ac aliis quibuscumque ipſius attinentiis, & Ludolfi de Bucſtorp militis, ſcilicet Curte in Bucſtorpe & ejus attinentiis univerſis, manſis quoque duobus ſitis juxta caſtrum Benthem, ſicilicet Woſtenberghe & Busginch, bonisque ſitis in Nortlandia extra Dyoceſin dictam (a) que Monaſterium in Borſtelo tenet tytulo emptionis, — in agris pratis pascuis ac nemoribus, necnon & aliis eorum attinentiis, ſimul cum miniſterialibus, vaſallis, cerocenſualibus & mancipiis ſive ſervis noſtre Eccleſie in predicta monaſterienſi Eccleſia & Dyoceſi ac alias ubicumque ad bona predicta ſpectantibus, conſtitutis venerabili in Chriſto patri, Domino Gerardo jam dicte Eccleſie monaſterienſis Episcopo venditione legali vendidimus, & vendimus ducentis marcis quindecim marcis minus, abſolute & libere puroque proprietatis jure, & absque onere advocatie, quam cuiquam Eccleſia

ſia noſtra recognoscat ſeu de jure recognoscere debeat vel etiamnum warandizet; dictis miniſterialibus ad ſepefatam Eccleſiam monaſterienſem tranſituris in jure ſuo antiquo, quo ſecundum conſuetudinem Eccleſie noſtre gaviſi ſunt hactenus, quod eſt tale, ſcilicet quod morientis miniſterialis filia non exiſtente filio patri ſuo in feodalibus bonis ſuccedet (b), Herwardio ſeſe ultra marcam imperii monete Tremonienſis ſcilicet, minime extendente, (permanentibus). Premiſſa quidem emit prefatus Episcopus, quod de ipſis voluntatem ſuam disponendi habebit liberam facultatem (c). Ut autem ſupradicta venditio rata permaneat & inconvulſa, preſens ſcriptum hinc inde confectum Eccleſie noſtre ſigillo fecimus communiri. Actum anno Domini M°. CC°. LX°. tertio, pridie kalendas Maji.

a) Das Emsland, welches wie das Amt Vecht ꝛc. zum Nordland im Gegenſatze des Südlandes gehörte (vergl. not. b § 2. des 2. B der Münſt. Beitr.), war dazumal noch ein Theil der Osnabrückiſchen Dioceß.

b)

b) Diese Gewonheit war wohl bei allen Lehnhöfen hergebracht und ein altes Recht: da aber schon um diese Zeit dieses Recht durch die Römischen Juristen bei einigen Höfen mochte angefochten worden seyn; so war es rühmliche Vorsicht, solche Rechte bei Fällen wie der gegenwärtige, ausdrücklich zu erwähnen.

c) Ein Zeichen, daß er diese Güter aus eigenen Mitteln gekauft hatte, wie es auch aus einem andern Briefe desselben Bischofes Num. 45 im 2. B. der Münst. Beitr. klar erhellet.

Num. 34.

Des Kapenbergischen Probstes Arnold Brief über das zur dasigen Küsterei erworbene Gut im Dalekampe. 1267.

Ex Originali Archivi Capenb.

Arnoldus Dei patientia Prepositus in Capenberg universis Christi fidelibus pre-

presentem paginam inspecturis salutem & gratiam Domini nostri Jesu Christi. Quia sensus mortalium & corda hominum de die in diem sint prona ad malum, necessarium est occasionibus obviare testimoniis literarum. Notum ergo facimus presentibus & futuris hanc litteram inspecturis, quod Bernhardus sacerdos & custos Ecclesie nostre datis viginti marcis monasteriensis, & duabus marcis tremoniensis monetarum predium Domus in Dalekampe in parrochia Borc situm cum omnibus suis attinentiis elaboravit, ut Methildis, matrona ejusdem domus, cum universa prole sua pueris & puellis, necnon & filio filie sue Elisabeth idem predium *coram judicio in Lunen* exfestucaret, & tytulo proprietatis, in quo actenus possederant, penitus renuntiaret, presente & confirmante fratre ejusdem Methildis Domino Conrado milite de Kukelshem, presente etiam Domino Gerhardo Betthinc & annuente, presentibus & testantibus magistro Wernhero, *tunc judice & officiali venerabilis Domini Gerhardi monasteriensis Episcopi* & Gozwino de Helle Johanne & Thetmaro Saleworthere fratribus, Johanne Wndengot, Wilhelmo de Ponte, Heinrico Hozinc, Gerhardo

de

de Braclen, Alberto ſabro & conſulibus in Lunen univerſis & viris pluribus prudentibus & honeſtis. Hiis itaque geſtis & confirmatis predictus Bernhardus ſacerdos & Cuſtos Eccleſie noſtre ſepedictum predium cum omni uſufructu in manus trium contulit perſonarum libere poſſidendum, quorum hec ſunt nomina: Heinricus Herimannus & patruus eorum Herimannus, ea videlicet pactione, ut cuſtodie Eccleſie in Capenberg ſingulis annis in feſto purificationis a Colono ejusdem Domus in talento cere promptiſſime reſpondeatur. Super quibus cum nos tanquam viſis & auditis jure debeamus teſtamentum perhibere, & bannum noſtrum quaſi ſuper cerocenſum Eccleſie conſtituere teneamus, inhibemus auctoritate Dei omnipotentis & beate Marie virginis ſanctique Johannis apoſtoli omnibus in futurum, nequis audeat auſu temerario emptionem iſtam publice & honeſte factam occaſione aliqua infirmare; & ſententiam exeommunicationis jam latam ſigilli noſtri munimine roboramus. Teſtes hujus confirmationis ſunt Henricus Prior, Waltherus Supprior, Otto Cellerarius, Bernhardus Cuſtos, Wicbertus Infirmarius & alii quamplures.

Da-

Datum anno Domini M°. CC°. LX°. septimo.

(L. S.)

An einem pergamenen Riemen hängt das parabolisch-gespitzte Siegel in grünem Wachse.

Num. 35.

Graf Otto von Ravensberg steht gegen eine Summe Geld von seinem Rechte an dem Gute Thusterbeke und der Plazmühle bei Beckum zu Gunsten der Stadt Beckum ab, der es sein Lehnmann Evert von Quernheim überlassen hatte. 1268.

Ex Originali Arch. Civit. Beckum.

Otto Dei gratia Comes in Ravensberg omnibus in perpetuum noticiam subscriptorum. Notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod, cum Everhardus de Quernhem miles bona

dicta

dicta Thusterbeke, sita juxta opidum Bekehem, & molendinum dictum Placenmollen, que ipse in feodo a nobis olim tenuerat, opidanis dicti opidi simul cum omnibus ipsorum bonorum attinentiis, sicut vulgariter dicitur an Torve ande an Tvighe, vendiderat, & ipse simul cum suis uxore & liberis ac matre sua, que habuerat usumfructum eorundem bonorum, ipsa bona cum supradictis eorum attinentiis absolute & libere resignaverat, abrenuntiando absolute cum predictis personis omni juri, quod ipsis in premissis competebat vel competere possit postmodum quoquomodo, Nos cum pleno & expresso uxoris nostre & liberorum nostrorum, fratris nostri Domini Ludewici Prepositi sancti Johannis in Osenbrugge ac ceterorum quorumcunque heredum sive coheredum meorum consensu proprietatem dictorum bonorum & pertinentium, ubicunque bona ibi sita, sicut eadem Henricus Sculthetus possedit & coluit, libere & absolute contulimus venerabili Patri, Domino nostro G. monasteriensi Episcopo & predictis opidanis in Bekehem, proprietatis jure possidendam; datis inde nobis similiter centum marcis ejusdem monete numerate

nobis pecunie & ſolute abrenuntiantes ſimpliciter & abſolute ſimul cum omnibus heredibus ſive coheredis noſtris predictis omni juri, quod nobis competebat vel quocumque caſu ſeu jure competere poſſit poſtmodum in bonis prefatis. Inſuper ſub teſtimonio ſcripti preſentis *ſumus arbitrati expreſſe, dictam collationem noſtram non minus validam debere exiſtere, quam ſi ſolempniter facta eſſet in hujusmodi judicio, quod Vriethinc vulgariter appellatur.* Preterea dicte proprietatis debemus preſtare plenam Warandiam predictis Domino noſtro Episcopo & opidanis, quemadmodum jus requirit. Ut autem memorata noſtra collatio rite facta rata permaneat & inconvulſa, preſens ſcriptum noſtro fratrisque noſtri predicti & opidi noſtri in Bilevelde, item prefati noſtri Episcopi & in Stromberg Caſtellanorum ſigillis inſimul eſt munitum. Actum ton Stepelen preſentibus Henrico Vincken, Herbordo Voſs, Hinrico de Aspelkampe, Rotgero Harthewic, Herbordo Nagel & Regenbodo Top, ... de Oſtenvelde, & Gerhardo de Quernem militibus; item Themone Canonico ſancti Pauli monaſterienſis, Ludolfo dicto de Hammone, - - - - judice in

Beke-

Bekehem, Ricwino de Oſtenvelde, Hermanno de Walen, Johanne Slichorſt, Giſekone Venatore, Ecberto Dincgravio & aliis quampluribus. Anno dominice incarnationis milleſimo ducenteſimo LX°. octavo, pridie idus Aprilis. Hermannus de Mervelde ſimiliter fuit preſens.

(L.S.) (L.S.) (L.S.)

Num. 36.

Thiderich von Volmeſtein gibt dem Kloſter Oelinghauſen den Eigentum des Hofes in Schweiſe, den Artus von Schweſe demſelben verkauft und ihm aufgetragen hatte. 1269.

Ex Copiario Olinghuſano.

In nomine Domini Amen.

Univerſis Chriſti fidelibus, quibus præſens pagina fuerit inhibita Theodericus de Volmodſtene miles teſtimonium

veritatis acceptare. Quia Negotia universa Litteris & voci testium commendata ab utrisque trahunt immobile firmamentum, ad Notitiam pervenire cupio tam præsentium quam futurorum, quod cum Artus de Sueve de pleno consensu uxoris suæ Metheldis & omnium Liberorum suorum curtim suam in Sueve, quam a me tytulo feodi tenebat, & omnia ipsi curti attinentia venerabilibus in Christo Præposito & conventui in Ulinchusen pro marcis centum & octoginta Sosaciensis monete vendidisset, & cum uxore & omnibus pueris suis benevole in manus meas resignasset: Ego zelo pietatis ductus proprietatem dictæ curtis & omnium eidem quocumque loco, quacunque causa pertinentium de bona voluntate uxoris mee Lyse & filii mei *Bertoldi* primogeniti (a) & ceterorum liberorum meorum contuli prædictis Præposito & conventui in Ulinchusen cum omnium fructuum utilitate, quam inde assequi poterunt, libere & quiete perpetuo possidendam. Ut autem hoc ipsum factum meum Robur & majorem habeat firmitatem, nec ab hæredibus meis vel ab alio quoquam valeat retractari, vel aliquatenus infirmari, sigillis illustris Domini & Avunculi mei

Tho-

Thoderici Comitis de Yſenberg & Matris mee Sophie (b), nec non & meo præſentem paginam fecimus communiri, Teſtes aderant *Everhardus*, *Engelbertus*, *Hinricus fratres mei*, & conſenſum præbentes, Hermannus, Gerhardus fratres de Altena, Gerhardus de Linbecke, milites: Johannes, Hedenricus fratres, cives Tremonienſis; Joannes Judex, Jacobus de Wickede, Arthus Wrihdach & alii quam plures. Datum anno Domini M°C°C°LX°. nono in die Aſſumptionis Beate Marie Virginis.

a) Als Bertold jung verſtorben war, hieß ſein nachfolgender Bruder der älteſte oder Erſtgeborne. Vergl. §. 20. not. d. in dieſer Geſchichte.

b) Die Mutter Sophia war als eine Schweſter des Grafen Theoderichs von Iſenburg, und beſtärkt die Urkunde bei Kremer Num. 6. im 2. B. ſeiner Academ. Beitr.

Num. 37.

Gerhard Bischof von Münster gibt der Stadt Beckum den Eigentum der Güter Holtem, nachdem ihm derselbe von der Witwe Conrads tom Holte und ihren Kindern war aufgetragen worden. 1272.

Ex Originali Archivi Civit. Beckum.

Gerhardus dei gratia Ecclesie monasteriensis Episcopus in perpetuum. Presens scriptum visuris notum esse cupimus, quod Margareta relicta vidua quondam Conradi dicti then Holte, Johannes filius & filie omnes ejusdem accedentes ad nostram apud Bekehem in nostra Caminata presentiam, bona sua dicta Holthem, que ipsi voluntate communi & consensu opidanis nostris in Bekehem venditione legali proprietatis jure vendiderant pro certa pecunie summa numerata, eisdem in nostris libere & absolute manibus resignarunt, conferentes omnes insimul nobis dictorum proprietatem bonorum, & abrenuntiantes simpliciter omni juri, quod ipsis in

bonis

bonis competebat eisdem. Nosque deinceps predictis nostris opidanis proprietatem bonorum ipsorum contulimus absolute. Ne igitur supradicta cujusquam imposterum possit violare calumpnia, presens scriptum inde confectum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Data nichilominus fuit ibidem sententia talis ab omnibus astantibus comprobata, videlicet quod hujusmodi resignatio, abrenuntiatio & proprietatis collatio facta solempniter *coram nobis summo comite libero, utpote dyocesis nostre Duce* non minus erunt valide, quam si facte fuissent coram libero Comite & vemenotis illius Termini, in quo sita sunt eadem bona, solempnitate hujusmodi, que circa talia ibi consuevit fieri observata. Acta sunt hec presentibus Henrico dicti Loci in Bekehem Decano & Themone nostro Notario, Ludolpho judice; item Hermanno de Duninchusen, Luberto de Overbeke, Friderico Rege & Werenzen, Wemenotis; item Hermanno Swartewolde, Hinrico Ludewiginc, Lutfrido, Henrico de Wisendern, Johanne de Polhem, Johanne Dusinc, Gerhardo dicto Witte & Henrico Vorman, Loci ejusdem Scabinis & compluribus aliis, Anno Domini

M.

M°. CC°. LXXII°, nudiustertius post festum nativitatis Johannis baptiste.

(L.S.)

Das auf rothes Wachs gedruckte parabolisch-gespitzte Siegel hängt an einem pergamenen Riemen, stellt einen sitzenden Bischof mit einer Bischofsmütze auf dem Haupte vor, der die rechte Hand zum segnen erhoben hat, und in der linken den Stab hält. Die umlaufende Schrift ist: Gerhardus : dei : gra : monastii : ecce : eps.

Auf der Kehrseite ist ein rundes Siegel eingedruckt, das in einem Schilde, einen in der Mitte quer liegenden Schachbalken und darüber einen aufrecht stehenden gekrönten Löwen (das Gräfliche Märkische Wapenbild) vorstellt. Die Umschrift ist: † Secretvm monaste epi.

Num.

Num. 38.

Friderich Graf von Ritberg belehnt Gerwin von Rinkenrode und dessen Schwester Lise mit dem Dalhofe in Mannstatt ꝛc. 1273.

Ex Originali Archivi Castri Heessen.

Notum sit omnibus presens scriptum visuris tam presentibus quam futuris, quod nos Fredericus Comes de Rethberich *Gerewino de Rinkenrode & ejus sorori Lise* loco hominii Curtem in Dalhof in feodum perpetuum contulimus. Insuper ipsi Gerewino cetera bona, que antiquitus ejus pater a nostro patre & a nobis tenuerat, concessimus, & matri ipsius Gerewini, Domine Mechtild in predictis usumfructum, qui vulgo Liftucht nuncupatur. Et in horum evidentiam ac firmitatem perpetuam presens scriptum sigilli nostri munimine roboramus. Testes horum Dominus Lutfridus Prepositus Lippensis, dominus Rotgherus de Sindene, dominus Godfridus de Hukerde, milites; Lodewicus Risseber, Godefridus de Berestrate, Lodewicus Brochenoch, Her-

mannus

mannus de Buschstide, Wessel de Alstide, Hinko Bullo, Gerewinus Bernekote, Hermannus de Tuinta, magister Johannes Falconarius & alii quamplures. Actum anno Domini M°. CC°. septuagesimo tertio, in vigilia ascensionis Domini, in loco ante pontem oppidi Lippensis.

(L. S.)

Das Siegel ist abgefallen, der pergamenen Riemen aber hängt noch mit den Kennzeichen des daran gehangenen Siegels an der Urkunde.

Num. 39.

Albert Herr von Hurde und Vogt des Hofes Aplerbeck tauscht einige in denselben Hof gehörige Leute aus und ein. 1274.

Ex Originali Archivi Capenb.

Noverint universi presentia visuri, quod Nos Albertus, Dominus in Hurda &

& *Advocatus Curtis in Apelderbeke*, permutavimus Johannem de Hele & Elizabet uxorem ſuam eidem Curti attinentes pro Thaſele de Broke & Wernero filio ſuo, & eosdem Johannem & Elyzabet *a jugo ejusdem Curtis de conſenſu Lytonum* manumiſimus, ac easdem Thaſelen & Wernerum *ad ſervitutem ejusdem Curtis* recepimus loco eorundem. Acta autem ſunt hec in predicta Curte anno Domini milleſimo CC°. LXX°. quarto, ipſo die chatedre beati Petri, preſentibus hiis: Henrico Weſtehove noſtro officiale ſpecialiter ad hujusmodi permutationem faciendam directo & Godefrido noſtro famulo, Arnoldo *Villico ſepedicte Curtis in Appelderbeke*, Bernardo de Adene, Dytmaro de Berychoven, Gerhardo de Ardeya, Bertoldo de Ardeya, Henrico de Ardeya, filio Th. de Tyer, Theoderico de Wyttene, Arnoldo de Curlare, Wernero de Bekynch, *Litonibus Curtis prefate.* Interfuerunt etiam predicte manumiſſioni Henricus Gogravius de Unna, Lodewicus de Ulferſne, Wernerus Stayl, Sifridus in Platea, de Naſſene & alii quamplures ad hoc rogati ſpecialiter & rogati. Ad majorem autem firmitatem hujus facti preſens inſtrumentum ſuper hujusmodi manumiſſione

missione conceptum, quia proprio sigillo caremus, sigillis *venerabilium* virorum, Domini nostri Engelberti Comitis de Marcha ac *Domini Theoderici de Volmutstene nostri awnculi* impetravimus sigillari (*).

(L.S.) (L.S.)

Beide Siegel hangen an pergamenen Riemen. Das erste große runde Siegel in rothem Wachse zeigt auf der Hauptseite in einem Wapenbilde den quer liegenden Schachbalken, und die rund um laufende Schrift ist: † Sigillum Comitis Engelberti de Marcha. — Auf der Kehrseite ist ein kleineres rundes Siegel eingedruckt, das in einem Wapenschilde den quer liegenden Schachbalken mit einem darauf aufrecht stehenden gekrönten Löwen zur Hälfte darstellt, und die Umschrift: Sigillum secretu hat.

Das zweite dreieckigt=längliche Siegel in weißgelben Wachse stellt drei Blätter vor, die nach den Ecken des Siegels aus, und nach der Mitte des Siegels in den Kelch zusammen laufen. Die Umschrift ist: † S'. D - - - - - - - eoderici - - - Volm - - ne.

*) Was

*) Was hier von dem Umtausch der Hofhörigen Personen könnte gesagt werden, verspare ich bis zur Erscheinung der Baurgeschichte. Einsweilen bestätigt sie Manches, was in dieser Geschichte hin und wieder in Bezug auf die Entlassung der Hofhörigen gesagt worden ist. Nur muß ich hier erinnern, daß die umgetauschten Personen, da sie verheirathet waren und Kinder hatten, nicht mehr zu den Haushörigen, wohl aber noch zu den Hofhörigen Personen gehörten, die wohnen konnten, wo sie wollten. Als solche einzelne Hofleute (enlücke Lude) hatte sie der Vogt des Hofes zu vertreten, wie er dann bei dieser Handlung auch als Hauptperson erscheint, und mit Willen der gesessenen Hofleuten und des Hofschulten die Entlassung vornahm.

Num. 40.

Theoderich Graf von Limburg und sein Sohn Eberhard verschreiben Adolfen von Witten und seinen Brüdern und Schwestern aus 8 zu ihrer Vogtei Ehrensell gehörigen Hofgütern 6 Mark jährlicher Rente 2c. 1279.

Ex Orig. Transumpto Archivi Capit. Essend. (a)

Nos Th. Comes de Lymburch & Everardus filius noster notum facimus universis presentes litteras visuris, quod nos tenemus Adolpho, quondam filio Wernheri de Wyttene, necnon suis fratribus & sororibus in quinquaginta marcis coloniensium denariorum, pro quibus ponimus eisdem octo mansos advocatie nostre in Erinthil attinentes, videlicet in Delwic tres, in Gerschede unum & in Betincrode quatuor (b), ex quibus recipient annis singulis sex marcas coloniensium denariorum, in festo Walburgis virginis tres, & in festo Michaelis tres, quousque predictas Adolpho & heredibus suis quinquaginta marcas

cas

cas coloniensium denariorum bonorum & legalium in cathedra beati Petri fuerint simul & semel integraliter persolute. Nos vero medio tempore in eisdem bonis nichil penitus requiremus nec nostri heredes. Ut autem premissa firma maneant (c) - - - - - - - non solum positionis verum etiam homagii jure eisdem Adolpho cum suis heredibus - - - - - - - - octo mansos conferimus antedictos: adjicientes insuper, quod si dicta advocatia in Erinthil a nobis vel a nostris heredibus inposterum aliquo jure interveniente deducta fuerit seu avulsa, ipsum A. & suos heredes in aliis nostris bonis nichilominus certificabimus sufficienter, ut est dictum in cedula precedente. In cujus rei testimonium presens scriptum sigillo nostro & nostrorum *consanguineorum Domini Theoderici de Bruke*, *Domini Th. de Volmestene & Alberti de Hurde* fecimus roborari. Acta sunt hec anno Domini M°. CC^{mo}. LXX°. nono quarta feria post Ambrosii.

a) Sieh Urk. Num. 45. hier unten.

b) Ein Beispiel wie die Vögte mit den Vogtsgefäl-

gefällen umgingen, und wie solche zerstreut wurden: wenn dieses die auf Jahren nur erwählten Vögte thaten; so kann man leicht denken, was sich jene Vögte erlaubten, die das Amt erblich hatten.

Num. 41.

Graf Thiderich von Limburg und sein Sohn Eberhard geben dem Stifte Fröndenberg den Eigentum des Hofes Padberg. 1283.

Ex Originali Archivi Fröndenberg.

Acta hominum tollit oblivio, que nec litteris nec testibus perhennantur. Hinc est, quod nos Thidericus Comes de Limburg & Dominus Everhardus filius noster notum facimus universis presentia visuris, quod de consensu heredum nostrorum omnium damus proprietatem Curtis Budberg conventui in Vrondeberg ordinis cistertiensis perpetuo possidendam: super quo presens scriptum sigillo nostro una cum sigillo filii nostri pre-

prefati communitum communitum dedimus conventui memorato. Acta sunt hec anno Domini M°. CC°. LXXX°. tertio, in crastino conversionis beati Pauli in in cimiterio Hammonensi, presentibus *Domino - - de Volmenstene*, Rutchero de Swansepole Dapifero Comitis de Marcha, Wilhelmo de Nehem, Engelberto de Herburne, Rutchero de Altena, Alberto de Herewitinchusen militibus & aliis fidedignis.

(L.S.)

Es hangen an der Urkunde zwei pergamenen Riemen, von denen die Siegel abgefallen sind. — Das dritte noch an weissen Zwirnsfäden daran hängende große runde Siegel in weissem Wachse stellt eine vielblätterige Rose vor mit der Umschrift: - - - - Theoderici: de Limburic - - -

Num. 42.

Eberhard von Volmestein, Domherr in Münster verzichtet auf die von seinem Bruder Heinrich verkauften Höfe im Broke rc. 1283.

Ex Copiario Marienfeldensi sæc. XIV. finiente conscripto.

Nos *Everhardus de Volmestene, monasteriensis Ecclesie Canonicus*, universis presens scriptum visuris notum esse cupimus & publice protestamur, nos firmiter promisisse, quod duas curtes in Broke sitas cum omnibus earumdem attinentiis, quas *Henricus de Volmunstene miles, frater noster, & Henricus filius suus* cum consensu heredum ipsorum & *Th. de Volmunstene, fratris nostri,* vendiderint & in feodum contulerint, scilicet Volperto oppidano Lippensi & Volperto filio suo, Johanni Wilmarinc, Frederico Regi, Johanni & Hermanno filiis Ludolfi Lucinc & ipsorum justis heredibus, sive quibuscumque aliis nusquam impetemus, omni actioni & juri, que nobis in dictis bonis competere videbantur, penitus renuntiando. Testes hujus

hujus facti sunt Ludolfus judex in Bekehem, Rodolfus de Hornen milites; Henricus Wrede, Rodolfus de Waderslo famuli; Johannes de Monasterio, H. Wamboystickere, Johannes Elrici, Wichman de Lembeler, & Lubertus filius suus, Ecbertus Wigandinc, Conradus de Harchusen, Henricus Goldekinc, Livoldus famulus judicis in Bekehem, H. Werencinc, Boderko Stakele & alii quamplures. Ad majorem hujus rei confidentiam presens scriptum sigillis Henrici Scolastici sancti Mauritii extra muros monasterienses, Hunoldi de Beveren Canonici monasteriensis, nostro & oppidanorum Lippiensium duximus roborandum. Actum anno Domini M°. CC°. LXXXIII°, in die beati Galli, in cimiterio forensis Ecclesie oppidi Lippiensis.

Num. 43.

Graf Eberhard von der Mark gibt Werensonen von Bekum seinen Theil am Eigentum des Hofes in Sudholte. 1283.

Ex Copiario ſæc. XIII & XIV. conſcripto.

Nos Everhardus Comes de Marca notum eſſe cupimus preſens ſcriptum intuentibus, nos de voluntate & conſenſu omnium heredum noſtrorum dediſſe Werenſoni de Bekehem partem proprietatis Curtis in Sutholte nos contingentem, libere & quiete poſſidendam. In cujus rei teſtimonium ſcriptum ſigilli noſtri munimine duximus roborandum. Datum in preſentia *Domini Theoderici de Volmeſtene*, Wesceli de Galen, Rotcheri de Suanes, Arnoldi Calf, Goſcalci de Hesnen, Pulſiani militum; Hermanni de Hovele, Lodewici Riſeberen, Johannis de Rura & aliorum quam plurimum: Anno Domini M°. CC. LXXX. tertio, in octava beati Martini hyemalis.

Num. 44.

Gerwin von Rinkenrode überläßt der Witwe von Gesmelle einen Hofplatz am Kirchhofe zu Drensteinfort, den diese hernach dem Kloster Herzebrock schenkte. 1285.

Ex Originali Archivi Arcis Drensteinfort.

In nomine sancte & individue Trinitatis amen. Quia veritas multoties calumpniam patitur; expedit, ut fide testium & instrumentorum, que parem vim habent in agendis negotiis, roboretur. Cognoscat igitur tam futurorum quam presentium discretio, quod *Gerwinus de Rinckenrode* & uxor ejus Gostia quandam aream in Stenvordia super Drenum, in orientali parte juxta cimiterium Ecclesie unanimiter & concorditer contulerint Gostie, Relicte quondam Ludolfi militis de Gesmelle sub hac forma, ut liberum habeat arbitrium conferendi cuicunque persone sive Ecclesie ubique locorum, & illa collatio non temporalis sed perpetua permaneret. In hujus rei testimonium adhibiti sunt viri discreti, videlicet Hermannus

Ple-

Plebanus in Stenvordia, Ludolfus Capellanus ibidem, Heinricus de Horst, Rotcherus de Galen, Heinricus Bulle & alii quamplures. Postea eadem Gostya defluente aliquantulo temporis pro remedio anime sue, sui mariti ipsius, sicut etiam pro salute anime junioris Gostye eandem aream contulit Ecclesie de Herssebroke in perpetuum libere possidendam; & hoc presidente judicio Wescelo de Dralstede, astante Mathia, Plebano in Stenvordia, in audientia plurium circumstantium de villa supradicta. Ne igitur Donationi priori seu posteriori aliqua inposterum suboriri possit calumpnia, ne etiam alicujus diuturnitate temporis evanescat, supranominata Gostya & Mathias Plebanus hanc presentem paginam sigillorum suorum munimine decreverunt confirmare. Acta sunt hec anno verbi incarnati millesimo ducentesimo octogesimo V°.

(L.S.) (L.S.)

Die an der Urkunde hangenden Siegel sind auf weisses Wachs gedruckt Das erste ist rund und stellt ein Kreuz vor mit der Umschrift: S'. Gostie. de. Gesmele. -- Das andere

andere ist parabolisch=gespitzt, und stellt das h Marienbild vor, mit der Umschrift: - - - Mathie. Plebani.

Num. 45.

Thiderich, Graf von Limburg verpfändet der Fürstinn und Abtissinn Berta zu Essen die Vogtei über den Hof Erenzell. 1286.

Ex Transsumpto Originali Archivi Capit. Essend.

Universis litteras visuris nos Th. Comes de Lymburch notum facimus & recognoscimus, quod cum nos, & Dominus Th. de Limburch consanguineus noster Advocatiam Curtis de Erincsil a venerabili Domina Abbatissa Asindensi redemissemus, dicta Domina Abbatissa nobis restituit & tradidit litteras, quarum tenor infra sequitur, qui talis est.

Noverint universi presentem litteram inspecturi, quod nos Th. Comes de Lym-

Lymburch & Everhardus filius noſter de Lymburch, necnon Th. filius quondam Johannis Comitis filii noſtri, ac ceteri noſtri heredes expoſuimus ſeu inpignoravimus Advocatiam Curtis in Erintsil venerabili Domine B. Abbatiſſe Aſindenſi ſeu ejus ſucceſſoribus pro XXX[a] marcis Sterlingorum tali ſiquidem adjecta conditione, quod dicta Abbatiſſa ſeu ſucceſſores ejus ex dicta advocatia perſolvent ſingulis annis Ade de Yſenburch quinque marcas, Adolpho de Wyttene ſex marcas & Wyſchelo dicto Crampen IIIIor marcas. Preterea notum facimus univerſis, quod prelibatam advocatiam a ſepedicta abbatiſſa ſeu ejus ſucceſſoribus, ſi eam mori contigerit, a feſto beati Johannis baptiſte nunc proximo inſtanti usque ad annum redimere contingeret, hoc propriis noſtris denariis faciemus & non alienis: iſto autem termino transacto, ſi nobis placuerit, ipſam advocatiam Curtis in Eintſil pro XXX[a]. marcis Sterlingorum bonorum denariorum, duodecim ſcilicet pro marca qualibet computatis, ſingulis annis infra octavam beati Johannis baptiſte a predicta Domina Abbatiſſa ſeu ejus ſucceſſoribus redimere poſſimus libere & ſecure. Nichilominus proteſtamur,

ſtamur, quod ſi dictam Abbatiſſam quindecim marcas redimere contingat predictas, que ſolent dari Ade de Yſenburch Adolpho & Wyſchelo predictis annis, pro aliqua denariorum ſumma, ipſi Domine abbatiſſe, cum advocatiam redimimus, cum predictis denariis refundemus. Hec omnia, que ſcripta ſunt, ſalvo jure noſtro & jure Abbatiſſe ſeu Eccleſie Aſindenſis volumus eſſe firma: ſi vero omnia predicta nos ſeu noſtri heredes firmiter non ſervaverimus, ſicut fide data promiſſimus nos & E. noſter filius & Th. quondam Johannis Comitis filii noſtri Aſindiam vel Tremoniam intrabimus nunquam exituri, quin omnia, que promiſimus, integraliter compleantur. Acta ſunt hec preſentibus Ottone, Rudolpho de Plyttenbracht, Jo. de Berſtrathen Canonico Eccleſie Aſindenſis, Volcwino Capellano noſtro, Theoderico de Vyfhuſen milite, Hermanno de Lon milite, Karſilio de Yſenberge notario, Jacobo Clerico de Verlans, Alberto Officiato noſtro, Theoderico de Lachem, Wy. de Oldendorpe famulus, Petrus de Rudyncſil, Johanne dicto Krangen, Gerhardo in der A, & Wynre Civibus Aſindenſibus & aliis quampluribus fidedignis.

dignis. Ut hec rata permaneant preſens ſcriptum ſigilli noſtri munimine & filii noſtri & Th. quondam Johannis Comitis noſtri filii ac *nobilis Th. Domini de Volmeſtene* fecimus & petivimus ſigillari. Datum Aſindie anno Domini M°. CCmo. LXXX°. ſexto, in craſtino Johannis baptiſte.

Hierauf folgt der Brief hieroben unter Num. ; und dann folgender Schluß:

Datum vero eſt hoc Tranſſumptum anno Domini M°. CCCmo. X°. feria quarta ante nativitatem beati Johannis baptiſte.

(L.S.)

Das in grünem Wachſe gedruchte runde Siegel ſtellt in einem Wapenſchilde einen zum Streit aufgerichteten gekrönten Löwen mit einem in zwei Ende auslaufenden Schweife. Die Umſchrift iſt: † S' Theoderici comitis de Lymborch.

Num. 46.

Bernhard von Brakel gibt dem Gotteshause Kappenberg den Eigentum eines Gutes auf der Heide zu Alstede. 1290.

Ex Originali Archivi Capenb.

Nos Bernhardus de Brakel miles universis presentia visuris recognoscimus, quod nos de consensu uxoris nostre Sophie & filiorum meorum Ottonis, Hermanni & Wernheri pro remedio animarum nostrarum proprietatem Domus unius, que sita est in villa Alstide, upper Heide, claustro Capenberg ob dilectionem *avunculi Eberhardi nostri de Volmestene* dedimus ad honorem Dei & beate virginis sanctique Johannis baptiste in perpetuum libere & quiete possidendam. In hujus rei testimonium presens scriptum sigillo nostro duximus roborandum. Datum anno M°. CC°. nonagesimo, in crastino Nicolai episcopi.

(L.S.)

Das

Das Siegel, welches an einem pergamenen Riemen hing, ist abgefallen.

Num. 47.

Sophia, Witwe Heinrichs, Herrn von Volmestein gibt dem Stifte Herdicke zu ihrem und der Ihrigen Seelenheil einige Güter bei Ennede. 1291.

Ex Originali Archivi Abbatiæ Herdicke.

Nos Sophia, ſenior Domina de Volmeſtene relicta quondam Domini de Volmeſtene bone memorie, omnibus hoc ſcriptum intuentibus ſalutem in vero ſalutari. Quoniam que aguntur in tempore, ſimul cum tempore labuntur, & memoria hominum eſt labilis & infirma neceſſarium eſt ea, que juſte & rationabiliter ordinantur, per ſcripture munimenta memoriis hominum commendari. Noverint igitur tam preſentes quam futuri veritatis amatores, quod nos bona quedam ſita apud Ennede, ſolventes an-

annuatim ſex ſolidos tremonienſium denariorum unum porcum & ſex pullos, que propriis noſtris comparavimus denariis, cum conſenſu & aſſenſu noſtrorum filiorum, Theoderici Domini de Volmeſtene ac Hinrici fratris ſui, proprio arbitrio eadem bona poſt noſtrum obitum Eccleſie ac Conventui in Herrike contulimus ſeu legavimus ob anime noſtre ſalutem ac dilecti noſtri Mariti, quondam Domini Henrici, necnon ob animarum noſtrorum filiorum ſupradictorum, ut perpetuo ſingulis annis pro nobis ac dilecto marito quondam Domino H. ac noſtris filiis Th., Domino de Volmeſtene ac H. fratri ſuo ſollempniter celebretur memoria in Eccleſia ſupradicta. Ut autem hoc factum ratum permaneat & firmum, preſentem litteram ſigillo noſtro ac Theoderici Domini de Volmeſtene filii noſtri munimine dedimus roborandam. Datum anno Domini M°. CC°. nonageſimo primo in vigilia annuntiationis beate Marie virginis.

(L.S.) (L.S.)

Die

Die pergamenen Riemen hangen noch an der Urkunde; die Siegel aber sind abgefallen.

Num. 48.

Eberhard, Graf von der Mark, überläßt dem Gotteshause Kappenberg den Eigentum seines Lehngutes, genannt Lune, gegen den des Kappenbergischen Lehngutes Velmede. 1293.

Ex Originali Archivi Capenb.

Everhardus Dei gratia Comes de Marca omnibus in perpetuum notitiam rei geste. Quia labilis est hominum memoria, ne, quod bona fide agitur, lapsu temporis & mentis oblivione depereat, cautum est, placita hominum sigillatis apicibus perhennari. Noverint igitur singuli & universi tam presentis etatis homines quam future, quod Arnoldus dictus Rulle, acceptis a preposito & Conventu Monasterii in Capenberg premonstratensis ordinis monaste-

nasteriensis Diocesis sexaginta & quinque marcis denariorum monasteriensium, Domum, que dicitur Lune, quam a nobis jure homagio possederat, cum hominibus, casis, silvis, nemoribus, pascuis, pratis, terris cultis & incultis & universis ad dictam Domum pertinentibus in manus nostras pure & libere resignavit. Conradus etiam de Metlare & uxor sua Beatrix, mater Arnoldi predicti, & liberi eorumdem, videlicet Bernhardus, Johannes & Oda, siquid juris haberent vel habere possent quoquo modo in Domo Lune prefata & universis attinentiis suis in manus nostras etiam integraliter resignabant. Nos vero de assensu Domine Irmegardis uxoris nostre & coheredum nostrorum scilicet Engelberti, Adolphi, Conradi, Margarete, Irmegardis, Katherine & Cunegundis permutationis titulo rationabiliter facto Domum Lune antedictam cum hominibus, casis & omnibus aliis ad dictam Domum pertinentibus - - Preposito & - - Conventui in Capenberg contulimus & conferimus in hiis scriptis cum omni juris plenitudine ab ipsis in perpetuum proprietatis titulo possidendam. Versa vero vice - - Prepositus & Conventus Monasterii in Capen-

pen-

penberg prelibati jus proprietatis Domus in Velmede, quam Domum Ludolphus miles in Velmede hujusque a preposito de Capenberg jure homagio possederat, in nos & heredes nostros libere transtulerunt. In cujus rei testimonium & ut premissa firma perpetuo permaneant & inconvulsa, presentem paginam nostro & uxoris nostre predicte sigillis fecimus communiri, subnotatis testibus, quorum hec sunt nomina: Conradus Cellerarius Capenbergensis, Rodolphus plebanus Wernensis; *Gerwinus de Rinkenrode*, Johas de Hovele, Pultianus, Engelbertus de Herborne, Andreas Marscalcus, Gerhardus Knippinc, Randolfus Hake, Lambertus de Velmede & Engelbertus de Lon milites; Richardus de Hesne, Theoderisus Vridach, Alexander & Godefridus fratres de Werne, Everhardus de Werne, Gerhardus de Barchusen & alii quamplures. Acta sunt hec Loco, qui dicitur Rikesmole; Datum anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo nonagesimo tertio, in die Gerthrudis virginis.

(L.S.) (L.S.)

Das 2te Siegel fehlt: das erste große runde Siegel ist auf grünes Wachs gedruckt, hängt an weissen Zwirnsfäden, stellt einen geharnischten Mann zu Pferde vor, der mit der Rechten das Schwert schwingt, mit der Linken den Zaum und das Schild hält, und diese umlaufende Schrift hat: † Sigillvm : everhardi : comitis : de : marka : Auf dem Schild sieht man den Märkischen Schachbalken ohne den Löwen, und über dem Harnisch ein fliegendes Kleid, das um den Leib zusammen gebunden ist.

Num. 49.

Verzicht der Gebrüder von Hövel auf die Güter Westbüren und kleine Bilemarken. 1294.

Ex Originali Archivi Fröndenberg.

Nos Wescelus de Galen, *Gerwinus de Rinkenrode*, & Johannes de Hovele, milites, universis visuris & audituris

notum facimus & presentibus protestamur, quod in nostra & testium subscriptorum constituti presentia Arnoldus de Hovele Clericus & Johannes frater ejus vendiderunt & contulerunt omne jus proprietatis eisdem de jure competentibus in manso Westburen & in manso Luttiken Bilemerken Ecclesie seu Monasterio in Vrendeberghe cystercienfis ordinis pro quatuor marcis tremoniensium denariorum, confitentes se predictam pecuniam ab ejusdem Monasterii provisoribus recepisse, renuntiantes omni juri, ad eos in prefatis mansis per mortem Theboldi quondam patris eorum devoluto, promittentes se & heredes eorum contra venditionem & traditionem predictas non venturos. In cujus rei memoriam nos milites supradicti ad petionem ipsorum fratrum presentibus duximus apponenda sigilla nostra. Actum ante viridarium in Marka, anno Domini M°. CC°. nonagesimo quarto, in crastino beati Galli confessoris, presentibus nobis militibus supradictis, Constantino de Galen famulo, Johanne Volenspit, Domino Pultiano, Thiderico Harme militibus, Richardo de Hesnen, Rotghero de Galen, Luberto de Hagen, Arthuro de Swane famu-

famulis & aliis quampluribus videdignis vocatis ad hoc ſpecialiter.

(L.S.) (L.S.) (L.S.)

Die Siegel ſind abgefallen.

Num. 50.

Eberhard, Graf von der Mark verbindet ſich, die von Lüdinchauſen lebenslänglich zu beſchützen und ihnen zu helfen, und ſezt ihnen deßhalben Bürgſchaft ꝛc. 1295.

Ex Originali Archivi Cath. Eccles. Mon.

Univerſis preſentes litteras inſpecturis Nos Everhardus Comes de Marka notum facimus, quod nos & Engelbertus primogenitus noſter recepta aſſecuratione & fideidatione a Domino de Ludinchuſen & Hermanno filio ſuo pro ſe & pro heredibus ipſorum in noſtros amicos & coadjutores recipiendo, fa-

miliaritatem & amicitiam contraximus cum eisdem, ita ſane quod eos non ſolum tenere & defendere, immo & juvare debemus, quamdiu vixerimus; quod fide data promittimus per preſentes, in quantum juſtitiam proſequuntur, dummodo iidem viri prenominati & heredes eorumdem apud nos & heredes noſtros ſecundum fidem ſuam nobis preſtitam ſervatis omnibus conditionibus in litteris ipſorum expreſſis permaneant ſine dolo - - - - Et ad majorem ſecuritatem ſtatuimus eis fidejuſſores Bernhardum & Hermannum de Daverenberg, Engelbertum de Lon, Conradum de magna Domo, Everhardum de Mengede, *Gerwinum de Rinkenrode*, Johannem & Hermannum fratres dictos de Hovele, Engelbertus de Herborne, Dictum Pultianum, milites; item Hermannum de Daverenberg, Rothgerum de Galen; item Dominum Henricum de Ekescade, Lubertum de Vitinchove; item dictum Sluc milites; item Gerlacum de Luttelenowe, qui fide data promiſerunt, quod ſi aliquis defectus per nos vel heredes noſtros haberetur, vel ſi aliquis de fidejuſſoribus noſtris decederet, Tremoniam intrabunt ad jacendum inde non exituri, donec defectus hu-

hujusmodi impleatur vel alter fidejussor eque bonus infra annum loco sui substituatur. Et fidejussores prenominati premissa omnia vera esse & nos ad ea fide data, ut dictum est, obligasse recognoscimus & sigilla nostra hiis litteris apposuisse. Qui vero sigilla non habemus contenta sumus hiis appensis. In quorum testimonium nos Everhardus Comes predictus sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum & actum apud Lunen anno Domini millesimo CC°. nonagesimo quinto, feria sexta ante Dominicam, qua cantatur judica.

(L.S.)

Des Grafen Siegel ist von dem noch anhangenden pergamenen Riemen abgefallen: sonst hat keines an der Urkunde gehangen, obgleich in der Urkunde gesagt ward, daß die Bürgen ihre Siegel daran gehangen hätten. Entweder hat keiner ein Siegel bei sich gehabt, oder es hat noch geschehen sollen nnd ward vergessen, oder es traten indessen andere Verhältnisse ein.

Num. 51.

Thiderichs Herrn von Volmestein Brief über verschiedene von der Familie von Freitag ihm aufgetragene Lehngüter ꝛc. 1296.

Ex Copia fere coæva, in Protocollo feudali Volmensteiniensi (*).

- - - - - - consum - - - - - - scripture patrocinio in thesauris nostr - - - - - recogn - - - - - provide. Nos Theodericus miles, Dominus de Volmotstene notum facimus universis, & tenore presentium protestamur, quod Henricus dictus Vridagh dilectus Castrensis noster, Menricus & Theodericus fratres sui bona quedam, videlicet curiam inferiorem in Altenhagen, mansum dictum Vostehuve, mansum in Ekkesoye, mansum in Delsterhusen, Piscariam in Voleminne, que de strata nunc communi inferius se extendit, cum lignis & arboribus inferius eandem plateam nunc communem situatis una cum domo sua in ipso castro nostro sita in manus nostras resignaverunt sub hac forma, quod idem Henricus & sui veri heredes dic-

tis

tis bonis hereditentur in perpetuum a nobis & noſtris ſucceſſoribus univerſis in feodo caſtrenſi de herede in heredem ſemper tenendis & habendis, ſub qua forma bona prefata Henrico contulimus & conferimus per preſentes, promittentes eidem firmiter, quod ſi ipſum Henricum liberos non contingeret procreare, quod extunc fratribus ſuis predictis eorumque heredibus eodem jure, ſcilicet feodo caſtrenſi dicta bona per nos & noſtros ſucceſſores libere conferantur, & quod univerſe filie de dictis fratribus, Henrico Menrico & Theoderico videlicet generate in ſucceſſione bonorum predictorum tantum juris habeant, ac ſi eedem filie fuiſſent masculi procreati. Nichilominus etiam ipſos & amicos ſuos & conſanguineos in caſtro noſtro more aliorum noſtrorum caſtrenſium tenebimus, dummodo jus facere & recipere voluerint coram nobis ad ipſorum violentias (&) injurias propulſandas. Actum eſt Volmeſtene anno Domini M°. CC°. nonageſimo ſexto, in vigilia nativitatis beati Johannis baptiſte, preſentibus Domino Henrico fratre noſtro, Theoderico dicto Meyelich, Theoderico dicto Wickede, Theoderico de Asbeke militibus; Wenema-

nemaro Husman Dapifero nostro, Engelberto de Honswerthe, Goswino Meyelich, Theoderico fratre suo, Goswino supra Portam, Henrico Scule, Ottone de Ysekenwerk, Castrensibus nostris & aliis quampluribus fidedignis. Ut autem prescriptum factum nostrum robur habeat, & a quoquam in posterum infringi non valeat (vel) mutari, presentem litteram super hoc confectam sigilli nostri munimine firmiter fecimus communiri. Datum ut supra.

*) Dieses Lehnprotocoll besitzen jezt die Freiherren von der Reck zu Stockhausen.

Num.

Num. 52. Lit. A.

Herman von Berstrate verkauft dem Kloster Benninchausen ein Gut im Kirchspiele Erwitte, das er von Ritter Herman von Volmestein zu Lehn getragen hatte. 1298.

Ex Orig. Archivi Benninghusen.

Nos Everhardus Comes de Marca presentium protestatione tam futuris quam presentibus presentem paginam inspecturis volumus esse notum, quod Hermannus de Berstrathe famulus noster in nostra presentia compos mentis & corporis constitutus publice recognovit, quod mansum suum in Wirinchusen situm in Parrochia Ervethe cum pratis, pascuis, rubetis, nemoribus, terris cultis & incultis tam in sespitibus quam in frondibus, ac cum omni fructuum & proventuum utilitate, quem mansum idem Hermannus *à Hermanno milite de Wolmestene* in libero feodo tenuerat, dilectis in Christo Domine Methildi Abbe & conventui sanctimonialium in Benikinchusen ordinis cystersiensis coloniensis Dyocesis pro sexaginta marcis dena-

denariorum Susati legalium legitime rationabiliter & simpliciter vendidisset scitu & consensu plenario uxoris sue Hildegundis, nec non & fratrum suorum, videlicet Johannis Canonici Asnidensis, Hynrici, & Gerhardi, aliorumque omnium heredum, quoscunque aliquid juris mansi predicti contingit. Insuper spopondit idem H. bona fide, quod ipse cum heredibus & coheredibus suis prenominatis dictum mansum cum attinentiis omnibus superius expressis, quandocunque a prefata Abbatissa vel conventu fuerit requisitus, resignabit. Est insuper adjectum, quod precatio proprietatis, ac etiam Herwadii de dictomanso, siquid obvenerit, solutio fiet sub ejusdem Abbe & conventus laboribus & expensis. Super omnia ad reprimendum omnis calumnie vitium, predictus H. pro se suisque heredibus prenominatis renuntiavit publice coram nobis, omnibus exceptionibus Doli, mali, pecunie non numerate, non tradite, non solute, ac etiam omni auxilio juris tam canonici quam civilis, per quod dicta venditio acta rationabiliter & legitime posset imposterum impediri. Et nos adpetitionem H. predicti omnia suprascripta recognoscentis

tis publice in teſtimonium evidens ſigilli noſtri caracterem apponi fecimus, volentes omnibus calumniandi materiam tollere & aufferre. Aderant etiam huic facto viri nobiles *Dominus Theodericus dictus de Wolmeſtene*, Dominus Engelbertus filius noſter primogenitus, Antonius Miles de Schedingen, & Henricus *Rector Scholarum in Hammone*, in viridario curie noſtre, Anno domini M°. CC°. nonageſimo octavo, feria quinta infra octavas Apoſtolorum Petri & Pauli poſt horam veſpertinam.

(L. S.)

Num. 52. Lit. B.

Brief der Burgmänner zur Mark über den von ihrem Mitburgmanne Rotger von Galen und dessen Lehnmanne dem Gotteshause Marienfeld verkauften Hof Horselen bei Alen. 1298.

Ex Origin. Archivi Marienfeld.

Universis presens scriptum visuris & audituris, *Nos Gerwinus de Rinkenrode*, Pulcianus, Johannes de Hovele, Eingelbertus de Herborne, Volenspit, Richardus de Hesne, Theodericus Harme, Conradus dictus Snap & Lubertus de Vorshem, milites ac castellani de marka & ceteri concastellani ibidem, tenore presentium notum facimus, quod Conradus dictus Cluppel opidanus in Alen vendidit curtem suam Horsele, sitam prope Alen, cum omnibus suis attinentiis, agris, silvis, pratis, pascuis, quam de manu Rotgheri de Galen militis ac concastellani nostri in feodo tenebat, viris religiosis - - Abbati & - - Conventui de campo sancte Marie ordinis cysterciensis monasteriensis dyocesis

cesis pro centum XIII. marcis monete monasteriensis sibi numeratis ex toto, traditis & solutis, consentientibus expresse Elizabet matre, Jutta & Herade sororibus suis, ac resignantibus voce & manu una cum Conrado coram judice & scabinis in Alen omne jus, quod in dicta curte habuerant, in presentia Rotgheri de Galen militis ac concastellani nostri sepedicti Domini feodi, predictam venditionem ac resignationem ratam habentis & approbantis. Sed quia minus cautum erat sepedictis religiosis, possidere bona feodalia sine jure proprietatis, emerunt ab ipso Rotghero de Galen proprietatem curtis Horsele pro XVI. marcis monasteriensis monete sibi integre traditis & solutis cum consensu Elizabet uxoris sue, Gozwini, Wesceli, Gerhardi, Rotgheri filiorum, Agnetis & Heylewigis filiarum suarum, cum alios liberos non haberet, ac Wesceli fratris sui, qui omnes una cum ipso Rotghero voce & manu resignaverunt omni juri, quod ipsis in curte predicta competere videbatur. In cujus rei testimonium presens scriptum ad petitionem partium Nos, qui sigillis utimur, sigillis nostris dedimus communitum; nos autem ceteri concastellani, qui sigil-

la propria non habemus, contenti sumus sigillis concastellanorum nostrorum in hac parte. Datum & actum in castro Marke, anno Domini M°. CC°. nonagesimo VIII°, in conversione beati Pauli.

(L.S.) (L.S.) (L.S.) (L.S.)

Die vier anhangenden Siegel sind noch unverlezt und in grünem Wachse gedruckt. Das erste stellt ein springendes Pferd vor mit der Umschrift: † S. Pulsiani militis dci Volenspit. — Das 2te hat im Wapenschilde zwei schräg laufende Balken mit der Umschrift: † S' Hengelberti. d' Herborne. — Das 3te stellt in der Länge nach getheiltem Schilde eine Schnalle vor mit der Umschrift i * Sigillvm Gerwini de Rinkenrode. — Das 4te gleicht dem 2ten und hat die Umschrift: † S' Richardi. militis. de. Hesnen.

Num.

Num. 53.

Richterliche Entscheidung über den dem Gotteshause Kappenberg bestrittenen Eigentum einiger Inseln auf der Lippe bei Lünen. 1299.

Ex Originali Archivi Capenb.

Universis Christi fidelibus, ad quos presentia pervenerint, Nos Hermannus dictus Sly, judex in Lunen, notum facimus presentibus publice protestando, quod viri religiosi, Prepositus & Conventus Monasterii in Kapenberg, molendinum suum situm in Lunen, ac insulam quandam sitam ab inferiori parte Pontis in Lunen, locaverint olim Wichmanno de Adene, pertinenti jure proprietatis ad officium, quod wlgus appellat Witammet, a qua locatione cum propter inopiam idem Wichmannus recederet, eidem pro tempore predictus pro pascendis vitulis suis conventus memoratam insulam dereliquid. Post lapsum autem temporis predictus Wichmannus ad jam dictum officium, quod appellatur Witammet, prefatam insulam asseruit pertinere. Qua de causa

inter

inter dictum Prepositum & conventum predictos ex una parte, & eundem Wichmannum super ejusdem insule valida impetitione, etiam Johannem de Wilsthorst civem in Lunen super alia minori insula in Lippia apud Lunen sita, ubi circa molendinum vetus obstructio Lippie quedam facta fuerat, que obstructio wlgariter appellatur Slacht, ex parte altera lis oritur & materia questionis; quam litem & controversiam utreque partes, scilicet conventus & Wichmannus predicti super diffinitione facienda ad honorabiles viros, Dominum Decanum majoris Ecclesie & Dominum Theodericum de Heringhen Prepositum veteris Ecclesie in Monasterio, quem tunc temporis memoratum respexit officium, deduxerunt: sed iidem Domini monasterienses Theodericum de Dale officiatum Domini Theoderici Prepositi veteris predicti cum causa predicta, super declaratione juris experienda de causa eadem, ad judicium in Lunen cum deliberatione sufficienti remiserunt. In figura igitur (judicii) in Lunen presentibus nobis coram Sculteto de Pelegerinchof, subrogato per nos loco judicis vice nostri, commutato jurisperitorum consilio, considе-

ratis

ratis confiderandis & examinatis examinandis adjudicatum eft Kapenbergenfibus, quod, fi vellent, per facramentum optinere poffent infulas memoratas. - - - - - - (*) ad inftinctum & juffum conventus in Kapenberg frater Wescelus dictus Vrydach, converfus Monafterii prefati, pro fua Ecclefia juramento corporali optinere incepit, fepefatas infulas ad fuum Monafterium in Kapenberg pertinere: quod juramentum cum ex majori parte frater idem complevisfet, dictus Wichmannus hoc audire dedignans avertendo fe receffit. Qua de caufa, cum poftularetur hoc fieri, fententiatum eft, juramentum fic incomplete factum ejusdem effe roboris, cujus effet, fi frater predictus complete promiffus fuiffet. Pro cujus fententie recognitione judex & confules jus fuum, quod wlgariter Orkunde dicitur, communiter receperunt. Huic facto prefenfentes erant Ludewicus de Ulferne Prior, Richardus de Heymeftat facrifta, Macharius de magna domo, facerdotes & canonici in Capenberg; Wescelus dictus Vrydach, Gerhardus de Barchufen & Fredericus converfi ibidem; Theodericus de Dale, officiatus prepofiti veteris predicti, Bernardus dictus Paghe,

Johannes de Wilſthorſt, Gerlacus magnus, Hermannus molendinarius & alii quamplures. In premiſſorum perhennem noticiam ſigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M°. CC°. nonageſimo nono, in craſtino omnium ſanctorum.

(L. S.)

Das am pergamenen Riemen hangende Siegel war zerbrochen.

Num. 54.

Graf Eberhard von der Mark legt die Irrungen zwiſchen Wilhelm, Edlen von Ardei und dem Gotteshauſe Marienfeld bei ꝛc. 1300.

Ex Orig. Archivi Marienfeld.

Univerſis audituris preſentia & viſuris Everhardus Comes de Marka ſalutem & in ſubſequentibus cognoſcere veritatem. A poſterorum eradicantur notitia

acta

acta temporalia, nisi litterarum semine & plantatione testium memorie inserantur. Eapropter tam modernis quam posteris presentium protestatione declaramus, quod, cum Wilhelmus de Ardey vir nobilis noster consanguineus venerabilem in Christo Lubertum Abbatem & conventum Ecclesie in campo sancte Marie cisterciensis ordinis occasione quorumdam bonorum, videlicet curie in Groninghen, mansi dicti Ertlant cum decima attinente, ac mansi in Velheren dicti Grothus Hedekinc emptorum erga Hermannum Burgravium in Stromberch, quia idem Burgravius sibi Wilhelmo dotem uxoris sue non persolverat, inpetivisset aliquamdiu, dampna & molestias inferendo; tandem in nostra ac testium infrascriptorum presentia ex deliberatione partis utriusque amicabilis ordinatio talis, ut subsequitur, intervenit, quod idem Wilhelmus, Jutta uxor ejusdem, Henricus, Wilhelmus, Rikeze, Katharina & Alheydis pueri eorumdem ab eodem Abbate viginti marcas denariorum monasteriensium receptis renuntiaverunt omni juri & impetitioni, quod vel quam in prenominatis bonis & eorum attinentiis, ac etiam incolis cum eorum posteritate

habuerunt vel habere videbantur, & quod ipſos poſſet contingere in futuro. Aderant huic ordinationi Engelbertus noſter primogenitus Dominus in Arberch, Bernhardus de Ludinchuſen, Fredericus de Rechede, *Gerwinus de Rinkenrode*, Anthonius de Schedinghen, Engelbertus de Heveborne, Henricus & Arnoldus fratres de Didinchoven, Goſcalcus de Hesnen, Hartlevus Pil, Richardus de Hesnen, milites & plures alii fidedigni. Ad majorem omnium premiſſorum teſtimonii cautelam, preſentem paginam exinde confectam ſigilli noſtri karactere fecimus communiri. Et nos Wilhelmus vir nobilis predictus ſub forma ſigilli noſtri preſentibus appenſa omnia prenarrata recognoscimus eſſe vera. Actum anno Domini milleſimo trecenteſimo, ipſo die innocentum.

(L.S.) (L.S.)

Das anhangende Siegel Grafen Everhards iſt in weiſſem Wachſe gedruckt und daſſelbe wie Num. . . . Das zweite runde in grünem Wachſe gedruckte Siegel ſtellt im Schilde das Ardeiſche Wapenbild, das den Flügeln einer

Wind.

Windmühle gleichet, vor mit der Umschrift: † S' Wilhelmi. de. Ardeia.

Num. 55. Lit. A.

Lehnrevers Grafen Everhards von der Mark über 1000 vom Münst. Bischofe Otto erhaltene Marken, und dafür ihm einsweilen eingeräumten Aemter Lünen und respective Rinern ꝛc. 1302.

Ex Copiario Cath. Ecclef. Mnnaft. med. fæc. XIV. confcripto.

Nos Everhardus Comes de Marka recognoscimus & tenore prefentium profitemur, quod pro mille marcis denariorum monafterienfium legalium nobis a reverendo patre, Domino noftro Ottone monafterienfis Ecclefie Episcopo traditis & affignatis nomine Pheodi, idem Dominus nofter nobis officium Lynne jufte & rationabiliter obligavit, ita quod de dicto officio octuaginta marcarum redditus ejusdem monete nos &

& heredes nostri in festo beati Martini hiemalis percipiemus & habebimus annuatim: hoc condicto, quod mortua nobili matrona Domina Monsoye ex officio Rynhere & omnibus suis attinentiis centum marcarum redditus nos & heredes nostri predicto termino excipiemus & habebimus singulis annis pro mille marcis supradictis; & tunc obligatio officii in Lynne nobis & heredibus nostris facta penitus exspirabit. Solutis vero nobis vel heredibus nostris mille marcis supradictis, Ecclesie monasteriensi predicte centum marcarum redditus de bonis nostris propriis reassignabimus, proprietatem eorundem in dictam Ecclesiam transferendo, quos ab Episcopo monasteriensi, qui pro tempore fuerit, in feodo recipiemus, jure homagii a dicta Ecclesia tenendos ac perpetuo possidendos: & tunc dicta officia nobis & nostris heredibus, prout premittitur, assignata ad Ecclesiam monasteriensem libere revertentur. In premissorum testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo secundo, feria sexta post assumptionem beate Virginis.

Num.

Num. 55. Lit. B.

Austausch oder Wechsel eines Hörigen aus dem Hofe Recklinghausen gegen einen andern, der dem Gotteshause Kappenberg zugehörte. 1302.

Ex Originali Archivi Capenb.

Universis Christi fidelibus presentem litteram inspecturis & audituris Nos Consules opidi Rikelinchusen, nomine Ludolfus dictus de Honhus &c. - - notum facimus, quod Reynerus de Westerholt judex in Rikelinchusen, nomine Leonis dicti de Holte officiati & Schulteti Curie in Rikelinchusen, una cum Laudatoribus & Litonibus predicte Curie in Rikelinchusen de communi consilio eorumdem omnium equipollenti concambio dedit ex Curia Rikelinchusen *Domino Everhardo dicto de Volmesteyne Canonico Cappenbergensi* (*), nomine Ecclesie sue in Cappenberge, Thidericum filium Berte dicte van der Hart, qui attinebat Curie in Rikelinchusen, Ecclesie Cappenbergensi in jugo servitutis perpetue permanentem: recipientes NN. &c. - - Actum in Atrio in Rikelinchu-

linchusen anno Domini M°. CCC°. secundo, feria secunda proxima post festum Mathei Apostoli.

(L.S.)

An einem pergamenen Riemen, der mit der Urkunde nur ein Stück ausmacht, hängt ein groses rundes auf weissem Wachse gedrucktes Siegel, und stellt eine Burg oder Mauer mit Thürmen vor. In dem in der Mitte angebrachten offenen Thor sieht man einen Schlüssel.

*) Er muß es kurz vorher geworden seyn, weil er noch in einer Urkunde des Grafen Otto von Tekeneburg vom Jahre 1299 als Münsterischer Domherr vorkommt.

Num. 56.

Symons, Edlen Herrn von der Lippe, Brief über den vom Richard von Heessen an Herman von Oberbeck verkauften Eigentum einiger Aecker bei Widenbrück. 1303.

Ex Originali Archivi Mariens.

Omnibus presens scriptnm visuris & audituris, Nos Symon, nobilis Dominus de Lippia notum facimus, quod Richardus miles, dictus de Hesne, proprietatem quorundam agrorum, qui Twihusen appellantur, sitorum prope opidum Widenbrugge infra terminos, qui Wicbelede dicitur, quos jure feodi Hermannus de Overbeke de manu ipsius Richardi tenuerat, vendidit ipsi Hermanno de Overbeke tribus marcis denariorum monasteriensium sibi traditis & solutis, uxoris sue ac heredum suorum consensu, resignans omne jus, quod in prefatis agris hactenus dinoscitur habuisse. Acta sunt hec apud Hedemole presentibus hiis, *Gherwino de Rinkenrode*, Luberto de Vorshem, Engelberto de Herborne, Alexandro de Volenspet,

Thi-

Thiderico Harme, militibus castellanis in Castro Marche; Bertoldo de Tunen judice in Hammone; item Bertoldo & Conrado dictis de Avenstrot fratribus, Thetmaro dicto Retberg, Wlfhardo de Walgarden, Ottone de Sendene, militibus castellanis nostris in Rehde & aliis quampluribus fidedignis. In cujus rei testimonium in presenti scripto sigillum nostrum duximus apponendum. Datum anno Domini M°. CCC°. tertio, die apostolorum Philippi & Jacobi.

(L. S.)

Das große runde Siegel in weissem Wachse stellt ...

Auf der Kehrseite ist das Gegensiegel eingedruckt.

Num.

Num. 57.

Revers Heinrichs von Linden über die ihm auf 40 Jahren verkauften Hof- und Vogtsabgaben und Dienste aus der zum Oberhof Eckenscheid gehörigen Lindenhove ꝛc. 1308.

Ex Originali Archivi Capit Aſſindenſis.

Univerſis preſentes litteras viſuris vel auditturis Henricus de Lindene ſalutem cum noticia veritatis. Notum facio & tenore preſentium publice recognosco, quod venerabiles Domine - - Abbatiſſa - - Prepoſita - - Decana - - Scolaſtica & - - Capitulum Eccleſie Aſindenſis penſiones & cenſus annuos & omnia ſervitia, qui & que de manſo meo in Lindene ſito, ad Curtem in Ekenſcede pertinente, tam ipſis Domine - - Abbatiſſe & - - Capitulo dicte Eccleſie Aſindenſis & - - Schultheto Curtis in Ekenſcede predicte, quam - - Advocato dicte Eccleſie Aſindenſis pro tempore exiſtenti perſolvi & exhiberi conſueverunt, mihi & - - heredibus meis legitime vendiderint ad quadraginta annos ex nunc immediate

ſub-

ſubſequentes pro quadraginta marcis bonorum ſuſatenſium denariorum ſibi a me numeratis, traditis & perſolutis, ita quod ego & heredes mei hiis quadraginta annis dictum manſum tenebimus liberum; & ab omni penſione & ſervitio penitus abſolutum, elapſis vero ipſis quadraginta annis dictus manſus cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis ad dictam Eccleſiam Aſindenſem & ad Curtem in Ekenſcede predictam devolvetur, & libere ut prius revertetur. Quicunque autem tunc ego, ſi vixero, vel heredes mei adire voluerimus dictum manſum, illi, ſi mancipia non fuerint dicte Curtis in Ekenſcede, ſe permutabunt ad Curtem eandem; pro quibus tamen Sculthetus Curtis ipſius pro tempore exiſtens perſonas de mancipiis dicte curtis in concambium dabit, & de perſonis dictum manſum optenturis absque rerum ſuarum datione benigne concedet manſum eundem in ſuo jure priſtino permanſurum; ita quod de ipſo manſo ex tunc, ut prius, Scultheto curtis in Ekenſcede predicte ſervitia olim debita & conſueta, ſcilicet viginti quatuor modii bracii, menſure curtis, unus porcus pinguis valens ſex ſolidos, unus pullus, tria ova pullina & dimidium

dium cum ovo anſerino uno anno, & quatuor ova pullina & ovum anſerinum altero anno, quatuor denarii pro agricultura, decem ſudes & decem pondera virgarum ad ſepem curtis ejusdem cum jure conſueto juvandi ad edificium Horrei ibidem; item duo meſſores & una ligatrix garbarum una die ſecundum jus & conſuetudinem curtis ſervitii, & vectura triginta fruſtorum lignorum, dictorum in wlgari Schide, de loco dicto Rendſcede usque ad dictam curtem in Ekenſcede facienda; item unum plauſtrum lignorum ad Braxatorium conventus Aſindenſis, & quatuor denarii ad contributionem, que vocatur Konigeſtope, ſex denarii in cena Domini Decano Chriſtianitatis Aſindenſis, cum ſervitio Advocati annuatim perſolventur & miniſtrabuntur temporibus debitis & conſuetis. In quorum omnium teſtimonium, firmitatem & evidentiam pleniorem preſentes litteras ſigillo illuſtris viri, Domini Engelberti Comitis de Marka & Advocati predicte Eccleſie Aſindenſis una cum ſigillis honorabilium virorum Dominorum Adolfi de Aldendorp & Wenemari de eodem loco militum ego & liberi mei petivimus roborari. Et nos Engelbertus Comes de

Marka,

Marka, Adolfus et Wenemarus de Aldendorpe milites predicti protestamur, nos sigilla nostra ad petitionem Henrici de Lindene predicti & liberorum suorum presentibus litteris appendisse in testimonium premissorum. Datum in die beate Lucie virginis, anno Domini M°. CCC°. octavo.

(L.S.) (L.S.) (L.S.)

Alle drei Siegel hangen an seidenen Fäden von rother und gelber Farbe. — Das erste große runde Siegel in braungelben Wachse stellt einen geharnischten Mann zu Pferde vor, der mit der rechten Hand das Schwert schwingt und mit der linken ein Schild mit dem Schachbalken und den Zaum hält. Die Umschrift ist: Sigillvm : Engelberti : comitis : de marka : -- Auf der Kehrseite ist das Gegensiegel, das einen Schild mit einem Schachbalken und dem halben Löwen vorstellt, mit der Umschrift: † contras' engelbert' comitis: de : marka.

Das zweite runde in weissem Wachse gedruckte Siegel ist das kleinste, und stellt in einem Wapenschilde drei vor mit der umlaufenden Schrift: † S' adolphi d' aldentorp marscalci . . .

Das

Das dritte runde Siegel in braunem Wachse von mitteler Größe hat dasselbe Wapenbild wie das zweite, und die Umschrift: S' Wenemari jvnioris militis d' Aldendorp.

Num. 45. Lit. A,

Gerwin von Rintenrode stiftet für sich und seine Familie in dem Kloster Kentrup eine Jahrgedächtniß. 1310.

Ex Originali Archivi Kentrup.

In nomine Jesu Christi amen. Quoniam salubre est, ut elogia divina perhibentur & testantur, memorie fidelium defunctorum peragantur, peccatorum de vinculis ut solvantur, Nos Gherewinus de Rynkenrode miles castellanus in Marka tam pium opus inspirante Domino singulis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris hoc scriptum visuris & audituris volumus non latere, quod inspirante miseratione divina de cordis nostri motione & voluntate pro-

pria

pria ad Dei laudem, Domine celi & omnium ſanctorum ſuorum gloriam, omniumque fidelium vivorum & mortuorum ſubſidium & ſuorum indulgentiam peccatorum legavimus preſentibus & legamus Dedradi de Vorſte, nepti noſtre dilecte, moniali in Keygynktorpe extra muros hammonenſes ex facultatibus nobis a Deo conceſſis quosdam reditus annuales - - unum porcum cum uno moltio ſiliginis menſure hammonenſis ex curti noſtra propria ſita in Duleberghe ad ejus vite terminum anno quolibet craſtino beati Martini hyemalis reſumendos, omni occaſione frivola depoſita & ſemota: tali etiam addita ratione, quod poſt obitum dicte Dedradis conventus predictus prefatos reditus perpetue poſſidebunt, agentes propterea in dicto termino anno quolibet affuturo, cum eosdem reditus perceperint, memoriam miſſis, vigiliis, votis & orationibus ſuis quam intimis fideliter & attente, videlicet Gherewini patris noſtri, Mechtheldis matris noſtre & Goſtye uxoris noſtre primarie, Lyſen ſororis noſtre & omnium carorum noſtrorum fidelium defunctorum. Cum vero divina miſeratione nos Gherewinum, Eliſabeth uxorem noſtram ſecundariam

dariam ac Goſtyam, filiam noſtram primogenitam mori contigerit, volumus ut noſtrorum memoria cum animarum premiſſarum & omnium fidelium defunctorum dicto termino in dicto conventu nominaliter conſervetur. Dabuntur etiam ſacerdoti ibidem officianti, qui fuerit VI. denarii hammonenſes, ſocio, ſi habuerit ſacerdotem, duo denarii in memoria ſupradicta de reditibus memoratis. Idem vero officians & ſocius ſuus, ſi fuerit, dicent vigilias & miſſam, quilibet pro defunctis. Reliquum vero, quod ſuperfuerit, dictis reditibus, conventui communiter miniſtretur. Tollet etiam eosdem reditus Proviſor prenarrati conventus, & disperget ut eſt ſupradictum. Colonus vero dicte curtis reditus dicte Dedradi & conventui ea defuncta dicto termino ad ſuum cenobium vehi & apportari procuret ſuis laboribus & expenſis. Porcum autem, quod dederit, dari poteſt competentem aut duodecim denarios monaſterienſes pro eodem; & hoc in ejusdem coloni ſtabit arbitrio voluntatis. Ut autem hujusmodi legatio de noſtris ſucceſſoribus rata conſ - -, volumus affectantes, ut omnes in premiſſo negotio ſecus facientes, eandemque le-

gationem auſu temerario infringentes, niſi convertantur ſatisfacientes, ut in die diſtricti judicii dextera divine potentie conterantur. In cujus rei debitam firmitatem & robur evidens ſigillum noſtrum preſentibus eſt annexum. Datum & actum Hesnen anno Dominice incarnationis milleſimo trecenteſimo decimo, feria ſexta poſt Dominicam judica, in paſſione Domini, kalendas aprilis.

(L.S.)

Das dreieckigt = ſchildförmige Siegel in weiſſem Wachſe ſtellt einen der Länge nach durchſchnittenen Schild, und in deſſen Mitte eine queer liegende Schnalle vor. Die Umſchrift, ſo weit ſie erhalten iſt, heißt: † S'. Ge - - vin - - - ilit - - - - Rincken - - e.

Num.

Num. 58. Lit. B.

Gerwins von Rinkenrode gleiche Stiftung in der Pfarrkirche zu Heessen. 1310.

Ex Originali Archivi Ecclef. Heeffen.

In nomine Jefu Chrifti amen. Quoniam falubre eft, ut facra teftantur eloquia, memorie defunctorum peragantur &c. **alles wie in der vorhergehenden Urkunde auſſer folgenden Abweichungen** - - tam pium opus confiderantes Domino infpirante fingulis &c. Quod divina confpiratione de cordis &c. mortuorum remedium & fubfidium peccatorum legavimus prefentibus & legamus Ecclefie in Hesnen & Plebano ibidem, qui fuerit, ex facultatibus nobis a Deo conceffis quosdam redditus - - - les perpetue poffidendos, videlicet fex fchepelinos filiginis & fex fchepelinos Ordei menfure &c. Duleberghe anno quolibet craftino &c. tali tamen interpofita ratione, quod in dicta Ecclefia Plebanus ibidem, qui fuerit, tres aget memorias vigiliis, miffis & orationibus folempnibus & devotis, videlicet Ghe-

rewyni anno quolibet affuturo craſtino Epyphanye Domini Machtheldis craſtino Prisce virginis, & Goſtye in vigilia Michaelis. In qualibet vero memoria recordabitur Lyſen dictorum & omnium fidelium carorum noſtrorum defunctorum. Cum vero &c. uxorem noſtram & Goſtyam primogenitam noſtram mori contigerit, volumus ut noſtrorum memoria prout anniverſarius dies obitus noſtri ſe optulerit, cum (memoria) animarum premiſſarum & omnium fidelium defunctorum in dicta Eccleſia nominaliter conſervetur. Tollet etiam idem Plebanus dictos reditus - - - ſtrans craſtino Priſche virginis, vel cum magis neceſſe fuerit, unum Talentum cere pro illuminatione Eccleſie predicte. Item in qualibet commemoratione ſex memoriarum predictarum, cum evenerint, dabit capellano ſuo, ſi fuerit, denarios tres monaſterienſes, campanario vero duos denarios ſollempni - - - - memoriis ſupradictis; & ſiquid ex dictis ſuperfuerit reditibus, idem Plebanus pro - - - - -. Cupientes nichilominus & volentes, ut omnes in premiſſo negocio ſecus facientes, eandemque legationem auſu temerario infringentes, niſi convertentur, ſatisfecerintque conſen -

- - -

- - - dextera divine potentie conterantur in die districti judicii, dum - - - - de factis propriis rationem. In cujus &c. millesimo C°C°C°. decimo, feria sexta post Dominicam, qua cantatur judica, kalendas aprilis.

(L.S.)

Dasselbe Siegel wie an der vorhergehenden Urkunde, nur daß es zum Theil zerbrochen und abgefallen ist.

Num. 58. Lit. C.

Gleiche Stiftung in der Pfarrkirche zu Hövel. 1310.

Ex Originali Archivi Eccles. Hövel.

In nomine sancte Trinitatis amen. Salubre est, ut eloquia sacra perhibent & testantur, quod fidelium memorie peragantur, peccatorum &c. alles wie in der vorhergehenden Urkunde Num 59. — Ecclesie in Hovele site in Diocesi mona-

monasteriensi & Plebano &c. videlicet tria Schepelinia Ordei mensure &c. in dicta Ecclesia dicto crastino anno quolibet vigiliis, missis & memoria fideliter a sacerdote ibidem & Plebano peragatur, videlicet Gherewini, Metheldis, Gostie & omnium charorum nostrorum fidelium defunctorum. Cum vero - - - nostrorum memoria cum animarum - - - Tollet etiam dictos reditus idem plebanus ad usus & utilitatem sui, ministrans dicte Ecclesie dicto crastino, vel cum necesse fuerit, unum Talentum cere pro illuminationibus necessariis faciendis. Campanario vero suo unum denarium monasteriensem, ad dictam memoriam solempniter ut pulsetur. Et siquid, ut dictum est, dictis reditibus superfuerit, idem Plebanus conservabit. Cupientes nichilominus, volentes in premissa legatione secus facientes, nisi convertantur, ut dextera divine potentie conterantur. In cujus &c. Datum & actum anno Dominice incarnationis millesimo trecentesimo decimo, feria sexta post Dominicam judica proximam, mensis aprilis.

(L.S.)

Das Siegel ist größtentheils abgefallen.

Num. 59.

Graf Engelbert von der Mark schenkt dem Kloster Kentrup den Eigentum eines Gutes in der Geiten. 1310.

Ex Originali Archivi Kentrup.

Nos Engelbertus Comes de Marka notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod nos *allodium seu proprietatem* domus dicte de Ghetene, quod seu quam erga strenuum virum, Dominum Johannem de Hovele militem emimus, religiosis Dominabus . . Abbatisse & conventui monasterii sanctimonialium extra muros hammonenses de voluntate & consensu omnium heredum nostrorum justo donationis titulo donavimus possidendum perpetuo sine contradictione aliqua, & tenendum. Actum & datum in vico ante monasterium predictum in presentia Henemanni dicti Rogghe tunc liberi comitis anno Domini millesimo trecentesimo decimo, in octava beati Andree apostoli. Testes sunt hujus facti Dominus Adolphus Prepositus Ecclesie sancti Martini wormatien-

matiensis frater noster, Thidericus de Limburg Nobilis, *Gerwinus de Rinkenrode*, Engelbertus de Herborne, Richardus de Heissen, Rutgherus de Galen, Alexander Volenspied, Godefridus Volenspied, Conradus de Herborne, Johas Smelinch, milites; Johannes de Nehem, Hartlevus dictus (Pil), Randolphus dictus Hake, Thidericus de Vorste, Ludolfus de Alen, Gerwinus de Rinkenrode, Lubertus de Boynen, Goswinus de Galen, Engelbertus de Kodincdorpe, famuli, & alii plures fidedigni. Et in hujus facti nostri evidentiam presentes eisdem dominabus - - Abbatisse & conventui sigillo nostro dedimus litteras sigillatas.

(L. S.)

Das zerbrochene große Reitersiegel in weissem Wachse, das ein kleineres Gegensiegel hat, hängt an weissen Zwirnsfäden.

Num.

Num. 60.

Pabst Clemens V. trägt Wernern von Volmestein, Paderbörnischen Domherrn, und einigen Andern auf, die von Seiten des Stifts Essen gegen den Erzb. von Köln geführten Beschwerden zu untersuchen und darüber zu erkennen ꝛc. 1312.

Ex Originali Archivi Princip. Assind.

Clemens Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis - - Abbati monasterii Petri & Pauli, & - - Thesaurario sanctorum Petri & Andree Apostolorum ac *Wernero de Volmestene Canonico*, Ecclesiarum paderburnensium salutem & apostolicam Benedictionem. Significarunt nobis dilecte in Christo filie - - Abbatissa & Capitulum secularis Ecclesie Asindensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, coloniensis Diocesis, quod, licet ipse & dicta earum Ecclesia a jurisdictione venerabilis fratris nostri Archiepiscopi Coloniensis & quorumlibet aliorum judicum ordinariorum

riorum per ſpeciale Privilegium ſedis apoſtolicæ ſint libere & exempte, & eidem ſedi immediate ſubjecte, ſintque ipſe ac fuerint hee, que in dicta Eccleſia predeceſſerunt easdem, in Poſſeſſione vel quaſi hujusmodi Libertatis, tamen idem Archiepiscopus, cui de dicto Privilegio facta extitit plena fides, dictas Abbatiſſam & Capitulum, ut in eas & in dictam Eccleſiam officium viſitationis & correctionis exerceat, ac ratione hujusmodi viſitationis Procurationes ab eis exigat, indebite aggravare nititur, & etiam moleſtare easdem Abbatiſſam & Capitulum alias, quominus dicta poſſeſſione ipſius libertatis uti libere valeant, contra juſtitiam perturbando. Ideoque Discretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint vocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod canonicum fuerit, appellatione poſtpoſita decernatis, facientes quod decreveritis auctoritate noſtra firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione ceſſante cogatis, veritati teſtimonium perhibere. Quodſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum

ſtrum ea nichilominus exequantur. Datum Vienne V. idus May, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Rta
France.

(L. S.)

Die bleierne Bulle hängt an dicken Bindfäden, auf derer Hauptſeite zu leſen iſt: Clemens : pp : V, die Kehrſeite aber die Köpfe der Apoſteln Petri uud Pauli vorſtellt, worüber die Buchſtaben: SPASPE ſtehen.

Num. 61.

Die vom Pabſt ernennten Commiſſarien übertragen ihren Auftrag dem Dechanten zu S. Martin zu Münſter. 1313.

Ex Orig. Archivi Capit. Aſſind.

Nos Abbas - - - - - ſanctorum Petri & Pauli,

&

& - - Thesaurarius sanctorum Petri & Andree aposto - - - lorum Eccesiarum paderburnensium judices una cum discreto viro *Wernero de Volme* - - - *stene* Canonico majoris Ecclesie paderbornensis infrascripta a sede apostolica - - - - - viro discreto - - Decano Ecclesie sancti Martini Monastcriensis salurem in Domino - - - - patris Domini - - Clementis pape quinti non cancellatas non ab olitas nec - - - - - in aliqua sui parte viciatas recepimus in hec verba: Clemens episcopus servus servorum - - - - - - &c.; item & alias Literas ejusdem Domini Pape recepimus sub hac forma - - - & cet., quas quidem literas vobis in suis primariis formis precepimus presen- - - - tari. - - Verum quia nos diversis & arduis nostris & Ecclesiarum nostrarum prepediti - - - - - - - cognitioni causarum seu negotiorum predictorum non possumus ista vice - - - - - interesse, Discretioni vestre in premissis comittimus vices nostras per presentes - - -

- - - - - - ad nos duximus revocandas. In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum feria quinta post Dominicam, qua cantatur reminiscere, anno Domini M°. CCC$^{mo.}$ tredecimo.

(L.S.) (L.S.) (L.S.)

Das erste Siegel ist abgefallen. Es hing an einen pergamenen Riemen, wie die beiden andern. Das zweite hat eine parabolische Form, ist in weissem Wachse abgedruckt, und stellt einen Fisch vor mit der Umschrift: † S' Hillebra - - - can. Sci. Petr - - - . — Das dritte runde Siegel ist auf braunem Wachse gedruckt, dessen Unterlage oder Kehrseite weisses Wachs ist, und stellt eine vielblätterige Rose, und in deren Mitte ein kleineres Schild mit dem volmesteinischen Wapenbilde vor. Die Umschrift ist: † S' Celerarii paderborn'.

Num.

Num. 62.

Thiderich Herr von Volmestein der ältere gibt dem Johan von Nehem den Eigentum einiger Ländereien im Werler Stadtfeld gegen den Eigentum des Gutes in Schüren, Lütkenhof genannt ꝛc. 1310.

Ex Orig. Archivi Marienfeld.

Nos *Th. Dominus de Volmeſten ſenior* omnibus preſentia viſuris & audituris notum eſſe volumus, quod nos de conſenſu & voluntate noſtrorum heredum dedimus in concambio Johanni de Nehem Caſtellano in Marka quandam proprietatem quorundam agrorum, quos a nobis in feodo tenuerat, in campo Werlenſi jacentium pro quadam alia proprietate cujusdam manſi in Schuren, dicti Luttekehove, quem manſum Albertus de Schuren tenet in feodo ab eodem Johanne ſupradicto. *Actum eſt hoc concambium in Volmeſtene* in quadrageſima, anno Domini M°. CCC°. tredecimo. Preſentes fuerunt maritus filie Domini de Seyne, *Dapifer noſter de Volmeſtene*, Engelbertus de Althena, Goswinus

winus & Theodericus fratres dicti Mogelet, & Henricus de Rodenberge, & alii quamplures probi & fidedigni. In cujus rei ſtabilitatem ſigillum noſtrum duximus preſentibus apponendum.

(L. S.)

Das in gelben Wachſe gedruckte dreieckigte Siegel hängt unverlezt an der Urkunde, und iſt daſſelbe, welches er ſchon bei der Urkunde von 1274 (ſieh hier oben Num. 39) und bei der im §. 20. not. d. des erſten Bandes dieſer Geſchichte angeführten Urkunde von 1297 gebrauchte, und hat die Umſchrift: † S'. Dni. Theoderici. de. Volmvntſtene. Ein Beweis mehr, daß der in dieſem Brief aufgeführte Thiderich der ältere Herr von Volmeſtein noch derſelbe war, der die Briefe von 1274 und 1297 beſiegelt hatte, nemlich unſer Thiderich I. von Volmeſtein.

Num.

Num. 63.

Johan von Nehem verkauft dem Gotteshause Marienfeld den Oldinchof zu Werle und dessen Eigentum. 1313.

Ex Orig. Archivi Marienfeld.

Universis Christi fidelibus, ad quorum noticiam tenor presentium pervenerit, Nos Theodericus de Oldinchof & Hunoldus dictus Scelep, Magistri Consulum, Johannes dictus Scolere, Heinricus Crevet, Wilhelmus de Uflen, Haltho, Emericus dictus Wale, Arnoldus Crop, Gotswinus Egenbolt, Jacobus Nolle, Conradus dictus Notlike, Helmicus Crevet, Hermannus Phendelere & Gerhardus Menreke, consules opidi Werle coloniensis Dyocesis cupimus innotescere, quod in nostra presentia constitutus Johannes de Nehem famulus, Castellanus in Marka, publice recognovit, se de voluntate & assensu libero Petronille uxoris sue, Hermanni filii, Conegundis & Oleke filiarum ejus, cum plures adhuc liberos non haberet, bona sua, videlicet Curiam dictam . . Oldinc-

hof

hof cum Wilhelmo Willico, uxore ipsius & filia ac areas ipsi Curie annexas, unamque domum in Salinis intra opidum nostrum Werle, una cum ortis extra opidum ac universis agris ipsius, sitis conjunctim vel divisim in campo nostri opidi memorati cum omnibus suis juribus attinentiis & obventionibus rite & rationabiliter vendidisse religiosis viris - - Abbati & conventui monasterii de campo sancte Marie, ordinis cystercienfis monasteriensis Dyocesis, pro trecentis viginti marcis denariorum legalium numerate sibi pecunie tradite & solute. Igitur prenominatus Johannes proprietatem eorumdem bonorum, quam a nobilibus viris *Domino Theoderico de Volmetstene* & Wilhelmo Comite de Arnesberg ac ab honesto famulo Henemanno de Berdinc concambii tytulo est ademptus, in predictos - - Abbatem & conventum monasterii prenominati transferens & assignans omne jus Dominii, quod sibi & suis heredibus in prelibatis bonis competiit vel competere potuit inposterum quacunque occasione, prefatos - - Abbatem & conventum in corporalem misit possessionem cum sollempnitatibus debitis & consuetis. Pro cujus facti memoria

perpetuo habenda ad petitionem tam - - Abbatis & conventus quam & Johannis ſepedicti, prrſens ſcriptum ſigillo noſtri opidi duximus muniendum: & quod per omnia ita, ut premittitur, actum ſit, publice preſentibus proteſtamur. Datum anno Domini M°. CCC°. tredecimo, ſabbato poſt actavas apoſtolorum Petri & Pauli.

(L.S.)

Das Stadtſiegel in grünem Wachſe gedruckt hängt an weiſſen Zwirnsfäden.

Num. 64.

Johan von Nehem ſezt dem Gotteshauſe Marienfeld des obigen Kaufes halber Bürgſchaft. 1313.

Ex Orig. Archivi Marienfeld.

Univerſis Chriſti fidelibus hujus littere ſeriem viſuris & audituris Nos Alexander Volenſpeth miles, nobilis viri Domini

mini Engelberti Comitis de Marcha Dapifer, notum facimus, quod constitutus coram ceteris Castellanis in Marcha infra notatis Johannes dictus de Nehem famulus, Concastellanus noster, bona sua videlicet Curiam, que dicitur Oldinchof, cum Wilhelmo villico, uxore ipsius & filia, & areas ipsi Curie annexas ad unam Domum in salinis infra opidum Werle coloniensis dyocesis, una cum ortis extra opidum, & universis agris in campo ejusdem opidi, sitis conjunctim vel divisim, cum omnibus suis juribus attinentiis & obventionibus religiosis viris - - Abbati & conventui monasterii in campo sancte Marie ordinis cystercienssis monasteriensis Dyocesis rite & rationabiliter vendidit pro trecentis viginti marcis denariorum legalium numerate sibi pecunie, tradite & solute; quam venditionem Petronilla uxor, Hermannus filius, Conegundis & Oleka filie supradicti Johannis, cum adhuc plures liberos non haberet, ratam habentes, simul cum eodem Johanne omne jus, quod sibi in pretaxatis bonis competiit seu competere potuit quavis occasione, prelibatis - - Abbati & conventui voce & manu libere resignavit. Sane nos Alexander predictus,

Rotgherus de Galen, Johannes de Hovele, Godefridus dictus Volenſpet milites, Gerhardus de Berſtrate, Ludolfus de Alen, Rodolphus de Hethvelt, Conradus Volenſpet, Randolfus Hake, Heinricus dictus Monech & Hermannus de Nehem pariter cum Johanne de Nehem - - Abbati & conventui Monaſterii ſupradicti promiſſimus bona fide, quod ipſis de bonis antedictis juſtam preſtabimus Warandiam. Gorum autem omnium teſtes ſunt *Gerwinus de Rinkenrode*, Engelbertus & Conradus de Herborne, Theodericus dictus Harme milites; & nos omnes, prout ſuperius poſiti ſumus, & quam plurimi fidedigni. In quorum omnium evidentiam & certitudinem firmiorem Nos ſinguli & univerſi ſuperius expreſſi preſentem paginam ſigillo Alexandri ſepedicti militis, quo omnes contenti ſumus in hac parte, duximus roborandam. Actum & datum in Caſtro Marcha, anno Domini - - M°- - CCC°- - tertio decimo, in octava apoſtolorum Petri & Pauli.

(L.S.)

Das

Das dreieckige Siegel in weiß= bräunlichem Wachse stellt ein springendes Pferd vor mit der Umschrift: † S'. Alexandri. Volenſper. militis.

Num. 65.

Thiderich Herr von Volmestein ersucht Grafen Wilhelm von Arnsberg, die Arnsbergischen Lehngüter seinem Schwager Godfriden von Sayn zu Lehn zu reichen. 1313.

Ex Copiario poſt medium ſæculi XIV. conſcripto

Illuſtri viro Domicello W. Comiti de Arnsberg, *T. Dominus de Volmutſteyne* ſuum obſequium in omnibus benivolum & paratum. Nobilitatem veſtram omni precum inſtantia, qua poſſumus, exoramus, quatinus perpetui obſequii intuitu *Godefridum de Seyna*, *generum noſtrum* dilectum, infeodare dignemini omnibus bonis, quibus nos infeodati ſumus a Domino noſtro dilecto, pie memo-

memorie Comite de Arnsberg patre vestro. Datum anno Domini M. CCCmo. XIII, proxima Dominica die ante festum beate Margarete virginis. (*)

*) Der frühere Brief von 1313, feria tertia post Dominicam Letare Iherusalem, den Theoderich von Volmestein seinem Tochtermanne dieser Belehnung halber an Grafen Ludwig von Arnsberg mitgegeben hatte, und der bei Köster (diplomatisch=practische Beiträge 2ter Theil Seite 100 unter den Urkunden) bereits abgedruckt ist, mußte an Grafen Wilhelm umgeschrieben werden, weil während der Zeit dessen Vater, Graf Ludwig von Arnsberg verstorben war.

Num.

Num. 66.

Thiderich, edler Herr von Volmestein gibt dem Kloster Bönninghausen den Eigentum einiger Güter in Eckelborn. 1313.

Ex Orig. Archivi Bönninghausen.

Universis presentes literas visuris & audituris Nos *Theodericus nobilis Dominus de Volmestene* (a) ad notitiam veritatis in perpetuum recognoscimus & protestamur, quod cum *proprietas bonorum in Ekenberne*, que Bertoldus de Holthusen quondam cum suis sororibus Cenobio in Benekinchusen in honorem Jesu Christi offerebat, *Domino nostro de Volmutstene attineat & attinuerit ab antiquo* (b), nos ob honorem Jesu Christi matrisque sue virginis gloriose proprietatem de eisdem bonis liberaliter donavimus, & in his donamus eidem Cenobio perpetuo possidendam, accedente ad hoc *Domine Godestiue uxoris nostre*, *Theoderici*, *Reke & Elise liberorum* (c), ceterorumque heredum nostrorum plena voluntate & consensu, volentes eidem cenobio de prefatis bonis &

& proprietate per nos donata plenam & debitam preſtare warandiam: renuntiavimus quoque, ſicut in his ſemper renuntiamus plane & expreſſe omni juri, quod nobis & noſtris heredibus tam natis vel per Dei gratiam deinceps nascituris in dictis bonis competebat vel competere poſſit in tempus quodlibet affuturum; firmiter ſperantes ob hujusmodi donationem mercedem a Domino conſequi ſempiternam, participesque fieri omnium pietatis operum, que in dicto Cenobio fieri dignabitur clementia Salvatoris. Ne tamen de prefatis bonis penitus fruſtraremur ſpe ſolatii temporalis, Abbatiſſa & conventus cenobii predicti nobis ſponte duodecim marcas denariorum uſualium obtulerunt, quas nos cum gratiarum actione ſuscipientes redonavimus eis per preſentes litteras noſtri ſigilli munimine roboratas in teſtimonium & firmitatem perpetuam premiſſorum. Actum die dominico ante feſtum beati Thome Apoſtoli, anno Domini M°. CCC°. XIII°. preſenti-Goswino de Suſato, Goswino de Rodenberg, Bertoldo de Holthuſen, Arnoldo Schotten, Theoderico Aurifabro, Petro Apothecario, Johanne Scumbart, Herbordo Suverlicken, Heynekone & pluri-

pluribus aliis fidedignis, quos omnes in teſtimonium admiſimus nomine vaſallorum.

(L.S.)

Das an einem pergamenen Riemen hangende Siegel iſt in grünem Wachſe eingedruckt.

a) Ein Zeichen, daß er nebſt ſeinem Vater, der noch lebte, und der ältere hieß, Theil an der Regierung der Herrſchaft Volmeſtein hatte

b) Die Güter in Ekenberne, welche Bertold von Holthuſen von denen von Volmeſtein zu Lehn getragen hatte, waren von alten Zeiten her vom Schloſſe und Herrſchaft Volmeſtein abhangende Lehne, gerade ſo wie jene, die vom Haupthofe Madewich, dem Schloſſe Oſtbevern ꝛc. ꝛc. abhingen. Sieh. § 17. not. f. im erſten Bande dieſer Geſchichte.

c) Ein ſchöner Beitrag zur Volmeſteiniſchen Geſchlechtstafel.

Num. 67.

Theoderich, Edler von Volmestein, seine Frau und Brüder verkaufen Ludwigen genannt Starke verschiedene Höfe und Waldungen rc. für Allodiale mit Vorbehalt der Lehnhand. (1314—1323)

Ex Copia coæva, annexa protocollo feudali Volmesteiniensi.

In nomine Domini amen - - Universis presentes litteras visuris & audituris *Nos Theodericus, vir nobilis de Volmotsteyne, Goytstudis uxor ejus legitima, Wernerus de Volmotsteyne Canonicus Ecclesie paderburnensis & Henricus de Volmonsteyne* fratres . . notum facimus tenore presentium protestantes, quod nos conjunctim pro nobis, successoribus nostris & coheredibus vendidimus, & per presentes vendimus discreto viro Ludewico dicto Starke, opidano Rodensi in silva, pro se & suis heredibus legitimis erga nos ementi justo emptionis titulo subscripta bona nostra, videlicet nemus nostrum tom Lo, vocatum dat Weltzholtz cum omnibus suis attinentiis & utili-

utilitatibus, prout jacet inter ripam vocatam de Milzpe & Wipperam; item curtem noſtram, vocatam apud Stacken; item duas curtes Dreue appellatas; item curtem apud Hilderinchuſen; item bona in molendino apud Hilderinchuſen; item curtem, vocatam dat Weltzholtz; item domunculam dictam Wytſteyn, que Cottin appellatur, cum omnibus juſticiis & conſuetudinibus, redditibus & utilitatibus, nemorativis & obventionibus quibuscumque ſpecialibus, ac diverſa & univerſa bona omnia & ſingula ſuperius expreſſa per dictum Ludewicum & ſuos heredes in perpetuum & hereditarie habenda, poſſidenda & tollenda. Que etiam bona omnia & ſingula ac nemoratas *tanquam pro vero proprio allodio* (a) dicto Ludewico & ſuis heredibus vendidimus & eadem bona eſſe propria & libera, warandizamus eisdem nunc & ſemper, omne jus noſtrum & propriatates, quod & que nobis & noſtris coheredibus in dictis bonis univerſis & ſingulis competebant ſeu competere poſſent in futurum, in manus ſepedicti Ludewici & ſuorum heredum penitus & in perpetuum transferendo pro trecentis viginti & quinque marcis brabantinorum denariorum, videli-

delicet tribus Hallensibus pro denario quolibet computatis, quas idem Ludewicus Starke pro se & suis heredibus loco pretii dictorum bonorum in parata pecunia numerata nobis ad evidentes u - - - - nost .. s tradidit, dedit & pagavit; ac de quibus denariis prefatum Ludowicum & suos heredos quitos, liberos & solutos clamamus & dimittimus per presentes, ita quod ipse Ludewicus & sui heredes omnia & singula bona prenominata hereditario jure obtinebunt & possidebunt cum redditibus nemoratarum, utilitatibus & obventionibus eorumdem; *salvo nobis Theoderico de Volmesteyne militi predicto & nostris successoribus jure concessionis dictarum Curtium, dum cesserint ex obitu cujuscunque, eas per nos concedendas*; salvo etiam omnibus bonis predictis eorum jure, prout hactenus habuerunt in nemore memorato, omni fraude, dolo ac omni juris auxilio canonici & civilis, denariorum loco pretii dictorum bonorum nobis non traditorum neque numeratorum ac aliis exceptionibus & defensionibus quibuscumque penitus exclusis in premissis (b). In cujus rei testimonium & perpetuam firmitatem Nos Theodericus de Volmotsteyne miles, Gotzstudis ejus uxor, Wer-

Wernerus de Volmensteyne Canonicus & Henricus de Volmotsteyne fratres predicti rogamus nobilem virum ac honorabilem Dominum Theodericum Comitem de Limburgh nostrum consanguineum & amicum - - - - - Das Uebrige ist verwischt.

a) Die in dieser Urkunde aufgeführten Güter, Büsche, Mühle rc. waren reines Erbe, oder durschlachtig eigene Güter (purum allodium) der Familie von Volmestein, die solche auch als ein verum proprium allodium dem Ludwig Starke und dessen Erben verkaufte, sich jedoch für die Zukunft eine Lehnhand an denselben, so oft ein Sterbfall bei den Ankäufern und derer Erben eintreten würde, vorbehielt. Eben so verkaufte der Münsterische Bischof Otto dem Johan Norendin im Jahre 1422 das Gut Bisping im K. Rinkenrode als ein seiner Kirche zubehöriges allodiales (oder durchschlachtig eigenes) Gut, behielt sich aber und seiner Kirche für die Zukunft die Lehnhand bevor. (Senkenberg im Tract. von den Erb- und Erbmannlehen Pag. 21.). Hierdurch ward das Münsterische durchschlachtig eigene Gut ein Lehngut und zwar ein

Erb-

Erblehn der Familie von Norrendin, die solches schon zuvor als ein Pfandlehn unterhatte: und so wurden auch die in dieser Urkunde aufgeführten Volmesteinischen Allodialgüter nun Erblehne des Ludwigs Starke nnd seiner Erben.

b) Die Städte und die Geistlichen bedienten sich um diese Zeit schon in verschiedenen Fällen der Römischen Rechte, wogegen sich die edlen Landbesitzer verwahren wollten.

Num. 68.

Gerwin von Altena und Thiderich genannt Sobbe verpflichten sich ihrem Blutsverwandten Gerwin von Rinkenrode und dessen wahren Erben der Drensteinfortischen Güter halber 2c. gegen Otton von Ahaus auf ihre eigene Kosten beizustehen. 1317.

Ex Originali Archivi Arcis Heessen.

Omnibus hoc scriptum visuris & auditu-

dituris Gherewinus de Altena & Thidericus dictus Sobbo famuli ſalutem cum notitia veritatis; quod nos dilectos noſtros conſanguineos *Gherewinum de Ryncкenrode* militem & heredes ſuos veros ratione conſanguinitatis juvabimus & fovebimus contra Dominum Ottonem de Ahus vel contra quoscumque impetitores vel impugnatores eorumdem *nomine & occaſione bonorum & villicationis in Steynvorde ſuper Dreno, ac beneficii ibidem ad juſtitiam* toto poſſe noſtro non protracte, cum a nobis requiſierint; noſtris etiam laboribus propriis & expenſis; quod fide data promiſimus, & ſigillis noſtris promitti - - - - mus. Datum anno Domini M°. CCC°. ſeptimo decimo ipſo die circumciſionis Domini.

(L.S.) (L.S.)

Das erſte Siegel iſt abgefallen, das zweite dreieckigt- ſchildförmige Siegel in grünem Wachſe ſtellt drei Blätter vor, derer äußere Umriß eingeſchnitten iſt, ſo daß ſie faſt den Blättern des ſogenannten Stechpalmens oder der Hülskrabben gleichen Die Umſchrift iſt: S. Thiderici dci. Sobben.

Num.

Num. 69. Lit. A.

Urkunde Grafen Engelberts von der Mark über die Kirchen zu Metlar und Curl.; 1318.

Ex Originali Archivi Capenb.

Universis presentes litteras inspecturis Engelbertus Comes de Marka salutem & cognoscere veritatem. Noveritis &c. Man sehe die Urkunde bei Steinen in seiner kurzen Beschreibung der Hochadelichen Gotteshäuser Cappenberg und Scheda 2c. Seite 84 abgedruckt. Was vom Original abweicht oder ausgelassen ist, besteht in Folgendem: - - - - - karitatis quam erga - - progenitorum ac nostre uxorisque & coheredum nostrorum - - - Udelrici - - - secularis Tungerensis Leodyensis - - karissimorum ac Mechteldis - - spontanea accedente. Jura de Metlare & de Curlare - - Casam dictam Claweshus in den Bruke - - cum hominibus juribus - - inperpetuo: - - - bona fide & nichilominus nos & heredes - - & perturbari - - canonis auxilio - - excluso. In cujus

rei

rei teſtimonium has litteras noſtro ac Conradi fratris, necnon Mechtildis noſtrorum ſigillis in premiſſorum teſtimonium & perpetuam memoriam ipſis religioſis tradimus communitas. Rogavimus etiam Dominum reverhendum Dominum Adolphum Leodyenſem Episcopum fratrem noſtrum predictum, ut ſuper conſenſu ſuo predictis Religioſis ſuas litteras tradat ſui ſigilli munimine roboratas. Et nos Conradus Abbas ſecularis Ecclesie Tungerenſis Leodienſis dyoceſis frater, & Mechildis uxor legitima Engelberti Comitis predicti recognoscimus, nos in prefatam collationem donationem & translationem jurium patronatus Eccleſiarum predictarum, necnon Manſi et Caſe prefatorum, prout ſuperius eſt expreſſum, ob reverentiam dicti Comitis, necnon animarum noſtrarum ſalute ſponte, liberaliter et ex matura deliberatione ac certa' ſcientia conſenſiſſe et conſentire, et nos ratas habere et gratas in perpetuum, in eorum teſtimonium ſigilla noſtra hiis litteris apponentes. Actum in feſto beate Katherine virginis preſentibus fidedignis, videlicet Godefrido de Hovele Canonico majoris Ecclesie monaſterienſis, Magiſtro Florino Canonico ſancti Martini in Mo-

nasterio, magistro Gobellino de sancto Cuniberto & magistro Godefrido de Ruden, clericis coloniensibus; Gobellino Plebano in Boyne, Johanne Plebano in Altena, Conrado Plebano in Camene; item *Theoderico de Volmestene*, *Gervwino de Rinkenrode*, Engelberto, Conrado & Everhardo de Herborne, Rotghero de Galen, Godefrido & Alexandro de Volenspit, Theoderico dicto Vrydach, Lamberto de Foghe & Walramo de Camene militibus; Arnoldo de Metlen, Randolpho dicto Haken, Johanne de Nehem, Brunone & Hartlevo dictis Pil, Hermanno de Vittene, Bertoldo de Susato, Hunoldo de Bredenbyke, Engelberto de Vrysendorpe, Johanne de Boghe, Johanne de Biginchove & pluribus fidedignis ad hoc specialiter congregatis. Datum anno Domini millesimo tricentesimo octavo decimo, in vigilia Purificationis beate Marie virginis gloriose.

(L.S.) (L.S.) (L.S.)

Alle drei Siegel sind rund, auf grünem Wachse gedruckt, und hangen das erste und dritte an grünen, das zweite an gelben seidenen Fäden.

Fäden. — Das Erste ist oben Num. 51 beschrieben, wie auch dessen Contrasiegel. — Das zweite stellt in einem Schilde, den ein gezacktes Blatt gleich einem Sterne umgibt, den Schachbalken mit dem halbaufstehenden Löwen vor. — Das dritte stellt in einem Schilde, das der Länge nach getheilt ist, auf der rechten Seite die Arbergischen Rosen, auf der linken aber den Märkischen Schachbalken, jedes zur Hälfte vor, mit der Umschrift: † S' Mechtildis cometiſſe de Marka.

Num. 69. Lit. B.

Adolfs, Bischofes zu Lüttig Brief über denselben Gegenstand. 1318.

Ex Originali Archivi Capenb.

Adolfus Dei gratia Leodienſis Episcopus univerſis &c. **Alles von Wort zu Wort wie bei Steinen** l. c., **auſſer den wenigen hier folgenden Abweichungen** - - - Marka Germani noſtri kariſſimi ſupplicationes - - ſui directas necnon ob - - Eccleſie Kapenberg - - - noſtrorum corpora progenitorum eccle-

 ſiaſtice

ſiaſtice ſunt - - de Metlere - - - dicte Claweshus in den Bruke ſitorum - - attinentiis per ipſum . . Comitem - - in Dominio & poſſeſſione quominus in perpetuum predictis juribus & manſo cum ſuis pertinentiis pacifice uti, frui valeant & quiete, impedire - - M°. CCC°. XVIII, in feſto undecim milium virginum.

(L.S.)

Das paraboliſch-geſpitzte Siegel in grünem Wachſe hängt an einem pergamenen Riemen, und ſtellt einen ſitzenden Biſchof vor, auf deſſen beiden Seiten ein Schild angebracht iſt. Der zur rechten ſtellt einen etwas kleinern Schild ohne alle Figur vor; der zur Linken iſt ſenkrecht getheilt, und ſtellt auf der Rechten die Arbergiſchen Roſen, auf der Linken den Märkiſchen Schachbalken, jedes zur Hälfte vor.

Num. 70.

Thiderich Herr in Volmestein stellt die zerstörte Kapell Hinriking bei Soest wieder her, und verbessert die Eintünfte derselben. 1314 — 1323.

Ex Copia fere coæva Arcis Drensteinfort.

In nomine Domini amen. *Theodericus Dominus in Volmuntstene* universis Christi fidelibus salutem cum notitia veritatis, quod nos sana mente concepta Dei intuitu & ob salutem fidelium pro nobis & successoribus & antecessoribus nostris universis, Capellam nostram in Henrikyng cum vidimus, & locum ejus, quo sacerdotes fideles quondam degerant, hec desolatum, sacerdotemque ibidem, nomine Johannes, per nos beneficiatum, eundem locum structuris & edificiis melioratum fidelium eleemosinis per suos multiplices & labores, volentes dicte Capelle nostre & ipsi Johanni suisque successoribus pro nostris delictis aliqualiter subvenire, perpetua donatione eisdem concedimus & donamus, ut easdem structuras cum septuris suis,

cum

cum voluntarie locum ejus in modico ampliavimus, pro ſua teneant, habeant & poſſideant libera manſione, infra ipſas ſepturas nullum ex ſacerdotibus ibidem celebrantibus ſeu commorantibus vel ſervientibus per nos vel per noſtros heredes aliquali exactione, jurisdictione, impetitione, infeſtatione, gravamine quocumque in vita vel in morte gravaturum, niſi nobis & heredibus noſtris aliquo jugo ſervitutis condictus fuerit vel aſtrictus; dictusque Johannes & ſui ſucceſſores easdem ſtructuras ad utilitatem ipſorum & dicte Capelle noſtre meliorantes conſervabunt absque alienatione aliquali; nobis & heredibus noſtris, extra Dotem predictam, in curte noſtra Henrikyng aliis juribus noſtris nichilominus, omnibus & ſingulis ſalvis & integre reſervatis. Cupientes & volentes, nequis heredum noſtrorum aut aliquis Chriſti fidelium auſu temerario dictam noſtram Donationem Dei timore poſtpoſito infringat quoquo modo, cum hujus Donationis obſequium ad Dei laudem & delictorum noſtrorum remedium ſic rite factum ſigillo noſtro confirmamus.

Num.

Num. 71.

Thiderich Hausmann bezeugt, daß Thiderich von Volmestein und seine Erben die ihm versezten Güter in Frilinghausen zu jederzeit mit 24 Marken einlösen könnten. 1322.

Ex Originali Archivi feudal. Volmest.

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris, Ego Theodericus dictus Husman una cum meis heredibus cupio esse notum, quod honestus vir *Theodericus de Volmistene miles* suique heredes bona in Vrylinchusen, ambas domos, quas colunt Thilemannus & dictus Hals, cum hominibus & omnibus attinentiis a me Theoderico Husmanno predicto vel a meis heredibus licite & plane redimere poterit pro quadraginta marcis & quatuor marcis bonorum denariorum tremoniensium vel equivalentium infra octo dies ante cathedram beati Petri & infra octo dies post Cathedram Petri, quacunque die volucrit, omni anno, ita videlicet quod dictorum bonorum redditus quatuor marcarum & quatuor solidorum a me

vel

vel meis heredibus redempti ad dictum Theodericum de Volmistene militem & ad suos heredes revolventur liberaliter & solute. In quorum testimonium presens scriptum meo sigillo est sigillatum pro recognitione redemptionis supradicte. Datum & actum anno Domini M°. CCCmo. vigesimo secundo, Crastino Katharine virginis.

(L.S.)

Das Siegel ist von dem noch anhangenden pergamenen Riemen abgefallen.

—

Num.

Num. 72.

Heinrich Erzb. von Köln gibt seinem Burgmanne in Volmestein, Thiderich genannt Hausmann, einen Zehnten bei Schwelm für 300 Mark, die er ihm schuldig wurde rc. 1323.

Ex Originali Archivi Oberwerries.

Notum sit universis presentem litteram visuris & audituris, quod Nos Henricus Dei gratia sancte coloniensis Ecclesie Archiepiscopus sacri imperii per ytaliam Archicancellarius recognoscimus & protestamur, quod nos posuimus Theoderico dicto Huysmanne, *nostro Castellano in Volmesteyn*, & suis veris heredibus decimam nostram sitam tho Eversbern, tho Aylbertinchusen, tho Berchusen & tho Vrylinchusen sitas infra nostrum Districtum sive Dominium nostrum tho Zwelme cum omnibus suis attinentiis pro trecentis marcis bonorum antiquorum Denariorum susatiensium, quas solvere poterimus cum bonis antiquis Grossis, quemlibet Grossum antiquum & bonum pro tribus Denariis com-

computatum, quas idem Theodericus perdidit & persolvit ex parte nostra & nostre Dyocesis sub Wilhelmo Comite de Arnsberge, & ex parte nostra & Dyocesis nostre necessitate ex hoc cogente exposuit in paratis denariis; & predictas decimas non attingere debeamus nos seu nostri successores, quousque nos aut nostri successores prenominatam summam pecunie una persolvamus cum parata pecunia improtracte; & promittimus bona fide prenominato Theoderico & suis heredibus premissa omnia & singula, firma & rata conservare. In cujus rei testimonium hanc presentem litteram sigillo nostro fecimus communiri. Datum Berke anno Domini M°. CCC°. vicesimo tertio, feria tertia post beati Urbani.

(L.S.)

Das Siegel ist abgefallen.

Num. 73.

Verzeichniß der Güter, Einkünfte und Gerechtsamen, wie solche die Familie von Rinkenrode am Ende des 13ten und im Anfange des 14ten Jahrhunderts besaß. Ein Auszug nach den Rubriken.

Ex libro pergameno aut sæc. XIII finiente, aut sæc. XIV. incipiente conscripto, quod in Archivo arcis Heessen asservatur.

Hi sunt Garbarii Dreni.

Villicus de Northove, tertiam Garbam.

Villicus Suthhove, tertiam Garbam.

Villicus Bokhorst, tertiam Garbam.

Northolte, tertiam Garbam, Decimam & Minutam.

Domus Bomgarden, tertiam Garbam.

Elckynktorpe, tertiam Garbam.

Nortorpe, tertiam Garbam.

Husham, tertiam Garbam.

Hegheninktorpe, quartam Garbam.

Buren, quartam Garbam.

Aversdunk.

Hii

Hii ſunt Garbarii Lippie.

Dalehof, tertiam Garbam.

Brunynch.

Bokhem, tertiam Garbam.

Blashem, tertiam Garbam.

Dalebokhem Johannes, tertiam Garbam.

Dalebokhem Henricus, tertiam Garbam.

Due Curie in Werneholthuſen, tertiam Garbam.

Dulebergh, tertiam Garbam.

Kerſſenbrok, tertiam Garbam.

Kerktorp, tertiam Garbam.

Pypelbrok, tertiam Garbam.

Hesnen, tertiam Garbam.

Hii ſunt Debitores Drenì

Ghorte j (oder ein halbes) Molt tritici, Ij Molt ſiliginis, II Molt ordei, I Molt avene, Hammonenſis (Menſuræ).

Bruno de Buren I Molt ordei, I Molt avene, Hammon.

Nun folgen die übrigen gemeinen Hofbeſitzer zu Kleihorſt, Averdunk, Ekkinktorp 2c. deren Kornabgaben 14 Molt in Hämmiſcher und 34 in Steinforter Maße betrugen.

Hii ſunt Debitores Bokhem menſure Hammonenſis.

Daleblashem, I Molt ſiliginis, I Molt ordei.

Wilbrand Blashem, I Molt ſiliginis, tantum ordei, tantum avene.

Dann folgen die übrigen zu Bokum und Werneholthausen.

Hii ſunt Debitores Hesnen, feria ſecunda poſt Chatedram danda.

Ruffus v. Schepel ordei, j Schep. ſilig.

Preco Ij Schepel ordei.

Lubert de Hedvelde j Molt ordei, II Schep. ſilig.

Conradus ibidem &c.

Hier folgen die übrigen gemeinen Hofbesitzer im Kirchspiele Heessen mit ihren Kornabgaben.

Hec eſt cera Dreni, danda in vigilia Purificationis.

Kros in Mulhorſt I libram.

Urſus II libras.

In Rinkenrode juxta Eccleſiam I libram.

Alta Caſa ibidem I lib.

Berman de Northolte I lib.

Spykerhof IIII libras.

Hec

Hec est cera Bokhem.
Kute II libras.
Bruno I libram.
Schade I libram &c.

Hec est cera Hesnen.
Brynkman II libras.
Rutgerus de Broke senior I lib. &c.
Pypere II libras.
Haghenkote I libram &c.

Hec est cera in Marka & juxta.
Tor Ek IIII libras
Teyhus III libras
De Brahem III libras
Summa X libra.

Hec est pecunia Dreni.
Curia Bokhorst XXXIIIIor solidos.
Bongarden XV. sol'.
Kros in Mulhorst XII. sol'. &c.

Hec est pecunia Bokhem.
Dalehof VII. sol'.
Kute IIII. sol'. &c.

Hec est pecunia Hesnen & alias danda.
Brynkman VIII. sol'.
Piscatrix IIII. sol'. &c.
Haghenkoten I. sol'.

Rut-

Rutgherus de Broke XII. ſol'.
Brahem VI. ſol'.
W'ſcepesgheld in Hesnen III. ſol'.
De eshellingen III. Denar.
De Hurlande Volmarink in Akwyk I. ſol'.
Mola.
De campo I. Marçam.

Hec penſio dicitur Tyns & dabitur Hesnen in Aſcenſione.
De Berenbroke I. ſol'.
Brinkman I. ſol'.
Vleſſene VIII. Denar. &c.

Hec penſio dicitur Wekepennynk & datur feria ſecunda poſt Johannis.
De Berenbroke II. Den.
Brinkman II. Denar.
Vleſſene II. Den. &c.

Hec penſio datur Hesnen feria ſecunda poſt Michaelis, & dicitur Burſprake.
Berenbroke II. Den.
Brinkman II. Den. &c.

Hec penſio dicitur Schult & datur Hesnen feria ſecunda poſt Cathedram.
Berenbroke VIII. Denar.
Brinkman II. Denar. &c.

Hec

Hec pensio dicitur Konynkdenst, & datur in palmis de Liberis.

Ekholt VI. Denar.
Weslen X Denar.
Vorsthuvel X Denar.
Verekink II Solid.
Brunynk XX Den.
Broktorp X Den.
Suthorp X Den.
Henktorp X Den.
Voss ibidem VI Den.
Selehorst X Den.
Etelynch XIIIIor. Denar.
Langenhuvel VIII Den.
Gebynk X Den.
Nycynk X Den.
Haghen I Sol.
Nova Domus ibidem VIII Den.
Duo in Elkinktorp, quilibet X Den.
Bagglon IX Den.
Bagglon VIII Den.
Wescelynh panewik VIII Den.
Bolrynk ibidem VI Den.
Th. Akwik X Den.
Herman ibidem VIII Den.
Herman Berle VIII.
Wernherus ibidem II Den.
Barkhusen X Den.
Ghennegge VI Den.
Dalebokhem VI Den.

Smy-

Smykynktorp VI Den.
Dasbeke VI Den.

Hii dicuntur Herscillinge & dantur in Dreno.
Bekinktorpe II Sol'.
Duo in parva Averdunk quilibet I Sol'.
Welant II Sol'.
Th. Overwater I Sol'.
Ante pontem II Sol'. &c.

Hii sunt denarii Arearum in Steynvorde, dicti Wortgelt & pulli & ova conscripta per notarium Bernhardum hic ex una scedula conscripta per Swederum notarium.
Plebanus Garthus II Den.
De area parvi Walteri IIII Den., V ova, I pullum.
Brinkman II Den., V ova & I pullum.
Korf de area Twent II Den. &c.
Summa Denariorum XIIII Sol', IIII Den. & quadrantem.
Summa ovorum CCLXXXV, summa pullorum LVIII.

Hec sunt loca dicta Dynstede.
In Wyldeshorst sub Tilia.
In Dalebokhem in Curia.
In Muttenhem ton Slote.
In Langeren super Rivum.

In Horne juxta Tiliam.
In Ascheberge super Bennynkkampe.
In Ekesbeke in Curia Bertoldi.
In Wevelskampe sub Quercu.
In Ekynktorpe sub Nutu.
In Walstede in Honporten super Stratam.
In alden Walsteden in Mersche.
In Haghen in Curia Gebynk.
In Langenhuvele sub Tylia.
In Berle ante Curiam Hermanni.
In Vorsthuvele sub Tylia.
In Herborne in Mersche.
In Weslen juxta Rothardynk apud lapidem.

Isti sunt dantes avenam pullos & ova de pratis & pascuis in Hesnen.

Tres in Broke.
Duo de Hedvelde.
Quatuor de Westhusen.
Wokert.
Nortorpe.
Bredenbeke.
Evenhere.
Duo in Mulenbrinke.
Duo in Rumpenhorst.
Kerikdorp.
Bekeman.
Brinkman.

Le-

Levike.
Ruffus.

Hee ſunt auce per Hesnen.
Villicus X aucas.
Rutgerus ſenior VI &c.

In Bokhem ſunt hee auce.
Lappe in Daleblashem VI.
Johannes ibidem IIII.
Dalehof II aucas &c.
In Hesne Wedehonre — Wedeeygere.

Hii ſunt pulli per Hesnen.
Villicus XX.
Kerſſebrok VI.
Rutgerus ſenior VI.
Piscatrix VI.
Molendinarius VI. &c.

Hii ſunt in Marka & juxta.
Tor Ek V. &c.

Hii ſunt in Steynvorde.
In Rynkenrode IIII.
Rynſche II.
Hermannus Bokhorſt VI.
Suthof VI. &c.

Hii ſunt in Bokhem pulli.
Lappe XII.
De Horſt XII.
Stork XIIII. &c. Wedehonre.

Hec ſunt ova Bokhem.
Princell XX, & I libram piperis.
Stork XX. &c.
Emelric' XL.
Caſa Northolt centum &c.
Teyhus in Marka centum &c.

Pulli & ova Liberorum pro Ghamerſchult.
Pulli centum & quinquaginta.

F i n i s.

Num. 74.

Thiderich von Volmestein verkauft Henrichen genannt Lorink 2 Güter in Heidfeld, und belehnt ihn damit. 1324.

Ex Protocollo feudali de 1351 ad 1432 usque conscripto.

T*heodericus de Volmesten* universis ad quos presentes littere pervenerint cum notitia veritatis, quod nos pro nobis & pro heredibus nostris singulis ad hoc debite requirendis vendidimus amicis nostris Henrico dicto Lorinck, Alheydi uxori ejus & eorum veris heredibus duos mansos nostros in Heytvelde cum colonis agris, pratis. pascuis, cespitibus, frondibus & cum suis pertinentiis universis titulo rite venditionis, pro pecunia nobis & amicis nostris persoluta, hereditarie & perpetue possidendos. Contulimus etiam dicto Henrico dictos mansos soluto pheodo, uxorique ejus predicte largum usumfructum in eisdem; volentes eisdem premisse venditionis servare debitam warandiam. Recognoscentes preterea, quod nos & here-

des

des nostri dictum Henricum & suos heredes utriusque generis, masculos seu femellas, inpheodare tenemur, duntaxat absque ulla rerum suarum datione, si requirantur. In cujus rei Testimonium & robur premissorum siglllum nostrum una cum sigillis Henrici Borghravii in Stromberghe *sororii nostri* & Theoderici de Vorste militis presentibus est appensum. Et nos Henricus Borghravius in Stromberghe, & *Theodericus de Vorste miles*, predicti ad preces dilecti nostri Theoderici de Volmesten, cum nobis premissa constiterint ac *de nostro consensu* processerint, (sigilla nostra hiis litteris apposuimus in testimonium & robur) omnium premissorum. Datum anno Domini M°. C°C°C°. X°X°. quarto, octavo pasche. (*)

*) Von diesem Briefe ist in einem Volmest. Lehnprotocoll auch eine plattdeutsche Uebersetzung aus der ersten Hälfte des 15ten Jahrhunderts, die aber fehlerhaft ist, besonders darin, daß sie anhebt: Wy Diderich van Volmestene Ritter &c., Da er doch nie die Ritterwürde bekleidet hat. Dieser Fehler entstand bei dem Schreiber wohl daher, weil er vorher

schon

schon mehrere Briefe von 1390, 1394, 1396 und 1388 abgeschrieben hatte, die alle mit: „Ich oder wy Diderich van Volmeſtene Ritter " anfingen.

Num. 75.

Simon Edler von der Lippe gibt Thiderichen von Volmeſtein den Eigentum des von ihm Lehnrürigen Gutes in Twenhuſen gegen andern Eigentum ꝛc. 1327.

Ex Copia ſæc. XV.

Simon vir nobilis, Dominus de Lippia univerſis, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, ſalutem cum notitia veritatis, quod nos damus & dedimus *Theoderico de Volmeſtein* & ſuis heredibus bona noſtra voluntate & pro noſtris heredibus veris proprietatem manſi dicti in Twenhuſen ſiti juxta Marka, quod a nobis hactenus tenuit in pheodo abſoluto, ad faciendum cum ipſo manſo & cum ipſa proprietate pro ſuo libero arbitrio

bitrio omnem ſuam voluntatem, recipientes nobis & heredibus noſtris in debitum recompenſum proprietates manſi in Bracht & manſi in Barenctorpe, ſitorum in parochia Alen. In cujus rei robur ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum anno Domini M°. CCC°. X°X°. ſeptimo, in vigilia beati Laurentii.

Num. 76.

Thiderich von Volmeſtein gelobet dem Domkapitel zu Münſter, daß ſeine Braut, Agnes von Döring, im erſten Jahre ihrer eheligen Verbindung auf die dem Domkapitel verkauften Güter Verzicht leiſten ſollte. 1328.

Ex Copiario cath Eccles. mon. circa medium ſæc. XIV. conſcripto, und zwar *in Lib. 2do Diſtinct. 2da Num. VI.*

T*heodericus de Volmeſtene* univerſis, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, volumus

lumus esse notum, nos fide data promisisse honorabilibus viris, Dominis Preposito, Decano, Scolastico & Ludolpho Canonico & Capitulo monasteriensi, *quod ducemus Agnetem, natam Johannis de Dorinc, nobis desponsatam*, ut infra annum condormitionis nostre primum veniat, consentiendo renuntians omnium bonorum emptionem, factam Dominis Preposito, Decano, Scolastico & Ludolpho de Langhen Canonico & Capitulo monasteriensi sepedictis. In cujus rei robur sigillum nostrum presentibus est annexum. Datum anno Domini M°. CCC°. XXVIII°, in crastino beatorum Petri & Pauli apostolorum.

Num.

Num. 77.

Thiderich von Volmestein verkauft dem Domkapitel in Münster verschiedene Güter im Kirchspiele Rinkenrode. 1328.

Ex Orig. Archivi Eccles. Cath. mon.

Universis presentia visuris & audituris *Theodericus de Volmenstene* notum facimus plenius protestantes, quod nos consensu & consilio pleno heredum & coheredum nostrorum omnium vendidimus & vendimus per presentes justo titulo venditionis viris honorabilibus Dominis . . Preposito . . Decano . . Scolastico & . . Ludolpho de Langen Canonico totique Capitulo Ecclesie monasteriensis bona nostra propria, videlicet mansum dictum Brusenhus in Heghenynctorpe, Casam dictam Sutbusch & Casam dictam bi der Kerken sitas in parochia Rynkenrode cum duodecim hominibus ad ipsos jure servitutis pertinentibus, & universis ac singulis suis juribus & pertinentiis, prout ab antiquo ad nos pertinuerunt, frondibus, cespitibus, pratis, pascuis, aquis, nemori-

moribus, aquis, cultis & incultis, ſicut jacent, que vulgariter allerleye Slachternut nuncupantur, pro quadraginta duabus marcis denariorum monaſterienſium nobis numeratis & ſolutis; renuntiantes pure & ſimpliciter omni juris & cujuscunque exceptionis amminiculo, que nobis ſeu heredibus & coheredibus noſtris ſingulis competunt vel competere poterunt in futurum; eademque bona cum omnibus & ſingulis premiſſis in eosdem . . Prepoſitum . . Decanum . . Scolaſticum . . Ludolphum Canonicum & capitulum transtulimus, & preſentibus transferimus, per ipſos perpetue & hereditarie poſſidenda. Promiſſimus & promittimus nihilominus in hiis Scriptis nos Theodericus predictus, Alexander dictus Vulenſpit miles, Gerlacus de Sumeren, Gerhardus de Galen & Rudolphus dictus Rogge famuli conjunctis manibus & in ſolidum fide data eisdem . . Prepoſito . . Decano . . Scolaſtico . . Ludolpho Canonico & capitulo monaſterienſi, quod ipſis de premiſſis bonis, prout de jure preſtanda fuerit, preſtabimus juſtam & debitam warandiam, ex qua, ſi prefati . . Prepoſitus . . Decanus . . Scolaſticus . . Ludolphus Canonicus & capitulum monaſte-

nasteriense defectum vel impedimentum aliqualiter sustinuerint, quod absit, extunc, cum moniti fuerimus, unum hospitium in opido Alen pariter ad conjacendum intrabimus, inde non recessuri, nisi predictis . . Preposito . . Decano . . Scolastico . . Ludolpho Canonico & capitulo monasteriensi de hujusmodi defectu vel impedimento fuerit integre satisfactum. In cujus rei testimonium Nos Theodericus, Alexander miles, Gherlacus, Gerhardus & Rudolphus predicti sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Acta sunt hec coram Theoderico de Akwyk, tunc libero Comite nostro & coram sede nostra libera sita in Ekesbeke, assedentibus & presentibus Liberis & Scabinis, videlicet Theoderico de Slycynk tunc precone, Everhardo de Verkynk, Theoderico de Brunynk, Johanne & Johanne de Haghen, Wernero de Langenhuvele, Johanne de Wyllynk, Liberis; Dominis Brunone de Buren & Luberto de Langhen Canonicis monasteriensibus, Mathia & Hugone sacerdotibus, Suethero Clerico, Alberto de Enghere Advocato Capituli monasteriensis, Brunsteno de Emesbruke, Gherwyno de Rynkenrode, Theodorico de Bunstorpe,

pe, Ludolpho de Bukkestorpe, Suethero dicto Werenzen, Theoderico dicto Roghen, Johanne de Bokhorst, & Henrico dicto Ghrysen famulis, cum pluribus testibus idoneis & fidedignis ad premissa vocatis specialiter & rogatis. Datum anno Domini millesimo trecentesimo, vigesimo octavo, feria quinta in festo Pentecostes.

(L.S.) (L.S.) (L.S.)

(L.S.) (L.S.)

Alle Siegel sind in grünem Wachse abgedruckt, und hangen an pergamenen Riemen. Das erste runde Siegel mittler Größe stellt in einem Schilde das Volmesteinische Wapenbild vor mit der Umschrift: † S' Theoderici de Volmotstene. — Das 2te dreieckigt : längliche Siegel stellt ein springendes Pferd vor mit der Umschrift: † S'. Alexandri Volenspet militis. — Das 3te runde Siegel stellt einen Schild vor, der in der Quere durchschnitten ist, und im untern Theile drei Rosen zeigt, die Umschrift ist: † S' Gherlaci de Svmeren. — Das 4te runde Siegel zeigt im Schilde drei Haken mit der Umschrift: S' Gerhardi.

di. de. Galen. †. — Das 5te ist rund, stellt im Schilde drei in einander geschlungene Ringe, einer Kette gleich, vor, mit der umlaufenden Schrift: † S. Rodolfi dci. Roghen.

Num. 78.

Hermann von Deutz ersucht Thiderichen von Volmestein, seinem im Kloster Deuz wohnenden Bruder Otto solche Lehne, welche er von ihm unterhabe, lebenslänglich zu gestatten. 1329.

Ex Originali Arch. feudal. Volmest.

Viro strenuo domicello . . *Theoderico de Volmesteyne* Hermannus de Tuitio miles, ejus fidelis, ac ipsius veri heredes debitam fidelitatem cum notitia veritatis. Noveritis quod cum ego bona quedam spectantia ad Curtem Leydenhusen cum omnibus suis juribus, prout a vobis dependent, noscar a vobis in feodo obtinere, de quibus viro religioso,

ſo, Domino . . Ottone Monacho Monaſterii Tuitienſis cupio ſubvenire: quare vos ſupplico & rogo inſtanter, ut mei ſervitii perpetui intuitu uſumfructum in predictis bonis omni jure, quo ea a vobis teneo, ipſi Ottoni fratri meo quoad vitam ſuam concedere dignemini, quia nec ego nec mei heredes per hujusmodi conceſſionem non volumus nec intendimus a fidelitate vobis preſtita occaſione feodi predicti aliquatenus renuntiare, ſed vobis fidelitatem debitam de eisdem bonis obſervare. Et hec vobis & omnibus, quorum intereſt, ſub ſigillo meo proprio una cum ſigillis honeſtorum virorum Domini . . Cononis de Viſchenich militis & Henrici dicti Surenbach armigeri fidelium virorum preſentibus appenſis duxi ſignificandum. Et nos Cono de Viſchenich miles & Henricus dictus Surenbach armiger predicti, quia premiſſa coram nobis acta ſunt, ideo ſigilla noſtra ad preces predicti Domini Hermanni una cum ſigillo ſuo preſentibus duximus apponenda. Datum in Craſtino octavarum beati Mathie apoſtoli anno Domini milleſimo CCCmo viceſimo nono.

(L.S.) (L.S.) (L.S.)

Das erste Siegel in braunschwärzlichem Wachse stellt im Schilde einen Querbalken vor, der oben und unten gezahnt ist Die Umschrift ist nur zum Theil erhalten nnd heißt: - - Her - - - - - - litis. de. D - - - - Die andern zwei Siegel sind abgefallen.

Num. 79.

Thiderich von Volmestein verpflichtet sich, die Brautschatzgelder der Tochter Heinrichs, Burggrafen zum Stromberg, an Heinrich v. Wendt zu bezahlen, und sezt ihm deshalben Bürgen. 1330.

Ex Originali Archivi Arcis Heessen.

Universis presentia visuris & audituris *Th. de Volmestene* salutem cum notitia veritatis, quod nos una cum fidejussoribus nostris, videlicet Alexandro dicto Vulenspit & Lamberto de Scedynghen militibus, Alexandro de Horne & Gherhardo dicto Knyppink famulis. solvere promisimus & presentibus promittimus con-

conjunctis manibus fide data honesto viro Henrico dicto Wenht militi & amicis suis, ratione sponsalium, dicta Brutschat, filie Henrici Burghgravii in Stromberch junioris *sororii nostri*, quinquaginta marcas denariorum monasteriensium, osnabrugensium & susatensium legalium & bonorum, quas eisdem infra annum & diem primum condormitionis dicti Henrici Wenht militis filii & dicti Henrici Burghgravii filie persolvemus: alioquin extunc, cum proinde moniti fuerimus ab Henrico dicto Wenht milite predicto, vel ab amicis ipsius, opidum Wyddenbruggensem intrabimus una cum fidejussoribus nostris predictis, ab inde non recessuri, donec eisdem persolvimus quinquaginta marcas memoratas. Est adjectum, si aliquis fidejussorum predictorum jussu Dei ante solutionem quinquaginta marcarum predictarum decesserit, quod absit, extunc nos moniti alium in locum illius decedentis eque dignum reponemus infra unum mensem proxime tunc sequentem, aut opidum Wydenbrugge predictum intrabimus cum fidejussoribus predictis non recessuri, donec alius fidejussor in locum illius decedentis reponatur. In cujus

rei teſtimonium & robur ſigillum noſtrum una cum ſigillis fidejuſſorum noſtrorum predictorum preſentibus eſt appenſum. Et nos fidejuſſores predicti hec omnia premiſſa una cum Th. de Volmeſtene predicto nos promiſiſſe & ea rata eſſe, ſigillis noſtris hiis appenſis plenius profitemur. Datum anno Domini M°, C°C°C°, X°X°X°, Dominica poſt Andree apoſtoli preſentibus quampluribus viris nobilibus & fidedignis.

Die Siegel, welche fehlen, ſcheinen mit Gewalt von der Urkunde abgeriſſen zu ſeyn.

Num. 80.

Theoderichs von Volmestein Brief über den von Seiten Volmars von Aquick geschehenen gerichtlichen Verzicht auf das Gut Barkhausen, und dessen Uebertrag an das Kloster Kentrup. 1332.

Ex Originali Archivi Kentrup.

Universis, ad quos presens scriptum pervenerit, *Theodericus de Volmotstene* salutem cum noticia veritatis, quod constituti coram nobis & coram pluribus infrascriptis fidedignis sabbato post assumptionem juxta pontem Hammonensem in Christo reverende Abbatissa, Priorissa & quamplures virgines de conventu in Keynktorpe a parte una, Volmarus de Akwyk, Heylewygis uxor ejus legitima, Hermannus Volmarus & Henricus nati eorum parte altera, Henrico de Cusfeldia tunc libero nostro Comite loco predicto judicio presidente, dictus Volmarus, uxor ejus & eorum nati mansum in Barchusen cum singulis & universis suis appendiciis & juribus pro certa pecunia ipsis perso-

luta dicto Henrico ad manus dicte Abbatisse & conventus tanquam coram sede nostra libera resignaverunt, & idem Henricus super dictam resignationem sententia requisita dictum mansum cum omnibus juribus suis nomine propriorum bonorum perpetualiter transtulit Abbatisse & conventui supradictis possidendum & habendum. In cujus rei robur & testimonium sigillum nostrum ad preces partium utrarumque fecimus hiis apponi. Datum & actum loco & die predictis, presentibus Everhardo dicto Lewen, Johanne dicto Mahs, Th. dicto Boggen, Themone dicto Sprynken, Suethero Clerico, fratri Gerhardo converso, Ludewico Pistori, Goswyno, Harmanno de Bolinchusen, Johanne & Johanne de Hagen, Johanne de Panewyh, Henrico dicto Remen, Godefrido dicto Sprynken, Henrico Wedeghen cum pluribus fidedignis, anno Domini M°. C°C°C°. X°X°X°. secundo, die & loco supradictis.

(L.S.)

Das

Das runde Siegel war auf schwarzbraunem Wachse gedruckt, und ist oben Num. 77 beschrieben.

Num. 81.

Thiderich genannt Moylike verkauft Thiderichen von Volmestein zum Behuf des Gotteshauses Kappenberg 4 Schillinge Renten ꝛc. 1333.

Ex Originali Archivi Capenb.

Universis, ad quos presens scriptum pervenerit, Th. dictus Moylike cupio notum esse, quod ego cum consensu pleno Theoderici, Henrici & Johannis filiorum meorum, Beatricis & Edelendis filiarum mearum & omnium heredum meorum verorum vendidi *Theoderico Domicello de Volmestene* & suis veris heredibus ad manus honorabilium virorum Domini prepositi & conventus Ecclesie in Cappenbergh reditus quatuor solidorum denariorum monasteriensium, quos ab ipsis Domino Preposito

posito & conventu in Cappenbergh hactenus pro annua pensione tenui. michi & meis heredibus veris quondam *per Dominum Theodericum de Volmestene Patrem dicti Th. Domicelli de Volmestene* assignatos. Renuntio itaque & resigno per presentes pro me, pro genitis meis predictis & pro heredibus meis veris, quicquid juris habuimus reditibus in premissis, dantes eisdem has litteras meas sigillo pro ipsis roboratas: & nos Th. Henricus & Johannes, Beatrix & Edellendis predicti omnia hec premissa consensu nostro rata esse, sigillo patris nostri hiis appenso protestamur. Datum anno Domini M° C°C°C° X°X°X° tertio, in vigilia beati Petri ad Cathedram (*).

(L.S.)

Das dreieckigte auf grünem Wachse gedruckte Siegel stellt in einem Schilde einen schrägen Balken vor, auf dem man einige unkenntliche Zeichen oder Figuren wahrnimmt. Die Umschrift ist: S'. Theoderici Moyelike.

*) Man sehe oben die Briefe von 1218 unter

unter Num. 19. Wer würde hier jene 4 Schilling Zehntlöse ahnen? — Mit diesem Briefe hängt auch der folgende zusammen.

Num. 82.

Thiderich von Volmestein verkauft dem Gotteshause Kappenberg einige Geld- und Kornrenten, die er sonst von demselben jährlichs zu ziehen hatte. 1333.

Ex Originali Archivi Capenb.

Universis presentes litteras visuris & audituris Ego *Theodericus de Volmesteyn* cupio fore notum, per easdem publice recognoscens & protestans - - - - (a) cedente voluntate libera *uxoris mee legitime Agnetis*, heredumque ac coheredum meorum omnium, quorum ad id consensus existit necessarius, vendidi jure - - - - - - bonorum honorabilibus viris, Domino . . Preposito & . . Conventui Ecclesie Cappenbergesis, premon-

monſtratenſis ordinis monaſterienſis Dyoceſis, juſto venditionis contractu pro viginti quatuor - - - bonorum denariorum michi traditis & ſolutis redditus & penſiones compoſitas quatuor ſolidorum trium Schepel tritici tremonienſis menſure & duorum ſotularium - - - - redditus & penſiones iidem . . Prepoſitus & . . Conventus michi meisque heredibus annuatim ſolvere tenebantur; necnon & reſignavi cum uxore mea predicta & exfeſtu - - - ſive ſupportavi eosdem redditus & penſiones, ac proprietatem eorumdem in manus Cellerarii Cappenbergenſis nomine prepoſiti & conventus ejusdem Eccleſie cum - - - quod michi, uxori mee ac heredibus & coheredibus meis in hujusmodi redditibus & penſionibus ac eorumdem proprietate hactenus competebat vel inpoſterum - - - potuiſſet, obligans ipſis fidejuſſores honeſtos viros Hinricum Borchgravium de Stromberg, Godfridum de Stockhem & Lambertum Vorshem fa - - qui eisdem una mecum in ſolidum & fide data promiſerunt, dictorum reddituum & penſionum ac proprietatis eorumdem warandiam debitam & conſuetam - - - - - ſi quod abſit . . Prepoſitus & . . Con-

. . Conventus ſuſtinuerint defectum, extunc ad quindenam premoniti fidejuſſores mei predicti Hammonem intrabunt, in hoſpitio - - - - - - ipſis per eosdem . . Prepoſitum & . . Conventum aſſignatum fuerit, tamdiu obſtagium facturi, donec prefati . . Prepoſitus & . . Conventus hujusmodi reddituum & penſionum - - - - - - a proprietatis eorumdem poſſeſſione pacifica gaudeant & quieta. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Preterea pro majori certitudine - - - - isque firmitate rogavi fidejuſſores meos antedictos, quatenus ſigilla ſua ſimiliter applicarent. Et nos Hinricus Borchgravius, Godefridus de Stockhem - - - bertus de Vorshem fidejuſſores ſui, precibus ejus intervenientibus has litteras ſigillis noſtris communiri fecimus in proteſtationem fidejuſſionis noſtre ſuperius - - - ac etiam in notitiam & memoriam perpetuam omnium premiſſorum. Actum finaliter & datum preſentibus & ſpecialiter in teſtimonium ad hoc vocatis Domino - - - - - - o, Notario dicti Domicelli de Volmeſteyn, Gerlaco de Summeren Officiato tunc temporis in Marka, Antonio de Schedingen, Theoderico

derico Roggen - - - - - - nsbeyn & quibusdam aliis fidedignis, anno Domini M° CCCmo tricesimo tertio, in vigilia beati Mathie apostoli (b).

(L.S.)(L.S.)(L.S.)(L.S.)

Die Siegel sind rund, auf grünem Wachse gedruckt und hangen an pergamenen Riemen. Das erste ist abgefallen; das 2te stellt ein queer durchschnitten Schild vor, in dessen oberen Theile man drei laufende Vögel, im untern aber eine Figur, die einem Hirschgeweihe ähnlich ist, erblicket, mit der Umschrift: † S'. Henrici Borchgravii in Stromb'g. — Das 3te Sieget hat im Wapenschilde 2 Queerbalken, und das 4te 2 Schrägbalken.

a) Die punktirten Stellen sind im Original abgefault.

b) Durch diesen Kauf hörte die Zehntlöse des Hofes Mengede die die Familie von Volmestein als ein Kölnisches Lehn besaß, für Kappenberg auf. Vergl. Num. 19.

Num.

Num. 83.

Thiderich von Volmestein belehnt Henrichen genannt Walteckgen mit 2 Erben Buschland im Rodenberg und mit 12 Morgen Ackerlandes im Mendener Felde. 1334.

Ex Copiario sæc. XV. in Arch. feud. Volmest.

Universis presentia visuris & audituris *Theodericus de Volmestene* volumus esse notum protestantes, quod nos inpheodavimus & presentibus inpheodamus Henricum dictum Waltekgen duobus mansis silvarum in dem Rodenberge & duodecim jugeribus agrorum sitorum in campo Mendene, que bona Gherwinus dictus Spi'tenge de manu nostra tenuit in pheodo, & ea in manus nostras libere resignavit, dantes eidem Henrico has litteras nostras super eo in testimonium nostro sigillo sigillatas. Datum anno Domini M° CCC° XXXIIII, in Crastino beati Petri ad cathedram.

Num. 84.

Thiderich von Volmestein gibt dem Stifte Fröndenberg den Eigentum des Zehnten über das Gut Pirrebeck ꝛc. 1335.

Ex Originali Archivi Fröndenberg.

Allen den ghenen, de desseu Bref seet unde horet lesen, si dat kundich, dat ich *Dideric van Volmestene* mid Vulbort ende mit Willen *Nesen*, *miner echten eliken Husvrowen*, ande aller miner rechten Erven hebbe ghegheven ande ghyve in desseme Breve der Ebbedeschen ande dem ghemeyne Convente tho Vrondeberghe den Eghendom des Tynden van deme Gude to Pirrebeke, dar de Wise inne wonet, des Tynden, den dat Gud galt, den Herman van Wittene, *min Neve*, van mi hadde tho Lene, umme den Eghendom anderer Gude, den de selve Herman van Wittene mi hevet wider ghegheven tho minen Willen. Ande ich ande mine Erven solen de Ebbedeschen ande dat Convente tho Vrondeberghe des Eghendomes waren alse Eghenes Recht is.

Hir

Hir waren over desse erwordighen Lude, Her Diderich van den Vorste eyn Rydder, Knippinc ande sin Sone, Kosteken van Eppenhusen, Rotcher Ekelenberch ande anderer gude Lude ghenoch. Dat desse Dinc stede ande vast bliven eweliken ande jummermer, so hebbe ich Dideric van Volmestene vor mi ande vor mine Erven min Ingesighele an dessen Bref ghehangen. Dit gescha des nestens Gudensdaghes na sunte Mertines Daghe, do men talde na der Ghebort unses Heren Godes Dusent Jar, drehundert Jar, imme vif unde dertighesten Jare.

(L.S.)

Das Siegel ist von dem noch an der Urkunde hangenden pergamenen Riemen abgefallen.

Num.

Num. 85.

Thiderich von Volmestein verkauft an das Gotteshaus Scheda den Eigentum der Güter Heetbrink und Schwinewert. 1336.

Ex Copiario Arch. Scheda sæc. XVI. conscripto.

Universi presentium noverint inspectores & auditores, quod ego *Theodericus de Volmestene* famulus cum consensu & expressa voluntate *Agnetis uxoris mee* legitime & *Theoderici filii nostri*, necnon aliorum heredum & coheredum nostrorum omnium, & maxime ad instantias precum Thelemanni de Brakele famuli ob hoc me specialiter exorantis vendidi juste venditionis titulo pro duabus marcis mihi persolutis, & divina instigante clementia donavi Ecclesie Schedensi ordinis premonstratensis proprietatem bonorum meorum, dictorum proprie de Heetbrinck & de Swynewert, quemadmodum sita sunt cum ipsorum pertinentiis universis; que quidem bona dictus de Brakele hactenus in Pheodo de manu mea tenuit & possedit, & exnunc con-

contulit Ecclesie schedensi predicte cum filio suo perpetue possidenda. Promitto nichilominus ego prefatus Theodericus de Volmestene firmiter per presentes Ecclesie schedensi jamdicte debitam facere warandiam de proprietate bonorum premissorum, secundum quod jus proprietatis in Terra, quod dicitur als ein Eyghens Recht is vulgariter, exigit & requirit. In cujus rei evidens testimonium sigillum meum pro nobis omnibus expressis duxi presentibus apponendum. Datum & actum presentibus discretis viris Gerhardo dicto Knippinck, Luberto de Nordholte, Gerwino de Rinckenrode famulis, & aliis quampluribus fidedignis Anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo sexto, in Quadragesima, feria quarta proxime post Dominicam qua cantatur judica.

Num.

Num. 86.

Gerlach von Summern sezt der Grüterischen Familie der ihr verkauften Güter Lumpink halber Bürgen, und unter diesen auch Thiderichen von Volmestein. 1336.

Ex Originali Archivi Marienfeld.

Ego Gerlacus to Summeren famulus, tunc temporis officiatus in Hammone & in Unha, tenore presentium scire cupiens universos, quod vendidi & in hiis scriptis vendo justo titulo venditionis bona in Lumpinch cum casa adjacente ibidem & cum suis pertinentiis & juribus universis, prout in parochia Boynen situata dinoscuntur, religioso viro, Domino Bernhardo de Kamene Monacho in Campo sancte Marie ordinis cisterciensis, Bertradi matri sue fermentatrici in Kamene, Conegundi, Alheidi, Bertradi & Beatrici sororibus suis ac ipsorum veris heredibus jugiter & perpetue ac hereditarie habenda & possidenda. Præ quibus prefatis, videlicet

licet Bernhardo, matri ſue & ſororibus ſuis, necnon ipſorum heredibus ſtatui fidejuſſores, ſcilicet Conradum de Herborne *militem*, *Thidericum de Volmeſteine*, Andream dictum Snap & Lubertum de Galen, *famulos*, qui omnes mecum conjunctis manibus & in ſolidum firmiter promiſerunt & promittunt per preſentes pro juſta & vera warandya, annum & ſex ſeptimanas facienda, coram omnibus jure volentibus contentari. Item ſi predicti emptores in dicta warandya aliquem defectum ſuſtinuerint medio tempore, ut promiſſum eſt, quod abſit, & proinde moniti fuerimus ab eisdem, extunc immediate opidum hammonenſe intrabimus ad jacendum unum in hoſpitium ad comeſtus, & non inde exiendum, donec ipſis plenario ſit ſatisfactum. In cujus rei teſtimonium petivi prefatos meos fidejuſſores, ut hec premiſſa ſuis ſigillis una mecum duxerint roboranda. Et nos fidejuſſores prenominati precibus Gerlaci de Summeren ſupradicti ſigilla noſtra apposuimus huic ſcripto, recognoſcentes omnia promiſiſſe prefatis emptoribus, que ſuperius ſunt expreſſa ſub ſigillis noſtris hiis appenſis. Datum anno Domini milleſimo C°C°C° XXX° ſexto, ſabba-

to post diem beate Cecilie virginis gloriose.

(L.S.)(L.S.)(L.S.)(L.S.)(L.S.)

Alle in weissem Wachse gedruckte runde Siegel hangen an pergamenen Riemen. — Das erste Siegel hat einen in der Queere getheilten Schild, in dessen unterm Theile 3 fünfblätterige Rosen sind; seine Umschrift ist: † S. Gerlaci. de Svmmeren. — Das Zweite stellt auf seinem Schilde zwei schräglaufende Balken vor, mit der Umschrift: † S. Conradi. militis. de. H'burne. — Das dritte ist oben Num. beschrieben. — Das vierte ist gerade so, wie das Reckische Wapen: es stellt nemlich im Wapenschilde einen Reck oder Steg vor, das ist zwei queer liegende Stangen, worüber drei Bretter liegen, und fast das Ansehen einer Leiter haben; die Umschrift ist: † S'. Andree. d - - - — Das fünfte ist das bekannte Galensche Wapen mit der umlaufenden Schrift: † S'. Lvberti. d'. Galen.

Num.

Num. 87.

Thiderich von Volmestein verkauft dem Gerfrid, genannt Quaterland den Eigentum der Güter zu Brakel im Kirchspiel Menden zum Behuf des Stifts Fröndenberg. 1338.

Ex Originali Archivi Fröndenberg.

Nos *Theodericus Domicellus de Volmesteyne* notum facimus universis presentes litteras visuris & audituris, quod de consensu & voluntate *Agnetis uxoris nostre, Theoderici, Gerwini* & - - - - (*) liberorum nostrorum ac aliorum verorum heredum nostrorum vendidimus justo titulo venditionis proprietatem bonorum sitorum Brakele in parrochia Mendene, quorum bonorum ad nos & nostros heredes spectat proprietas, Grepfrido dicto Quaterlant & suis heredibus pro quatuor marcis denariorum legalium nobis traditis & solutis. Nos itaque hanc proprietatem ad instantiam & jussu Grepfridi predicti & suorum heredum dedimus & assignavimus nobili Domine Jutte Abbatisse & conventui

Monasterii in Vrondeberghe, volentes dicte Abbatisse & conventui de premissa proprietate debitam & rectam facere warandiam, sicut de proprietate juris ordo requirit. Datum anno Domini M°. CCC°. tricesimo VIII, tertia feria post Dominicam quasi modo geniti.

(L.S.)

Das runde auf gelbbraunem Wachse gedruckte Siegel stellt das Volmesteinische Wapenbild vor mit der Umschrift: - - - eoderici: de. Volmotstene.

*) Dieser Name ist ausgeschrieben, für mich aber unleserlich. Nach den Schriftzügen kommt ungefehr Kostii heraus.

Num. 88.

Gerlach von Summern verkauft dem Gotteshause Marienfeld den Hof Hofacker bei Werle ꝛc. 1339.

Ex Originali Archivi Marienfeld.

Universis presentia visuris seu audituris innotescat, quod ego Gerlacus de Summeren famulus, Gogravius nobilis viri Domini Adolfi Comitis de Marka, de consensu Druden uxoris mee legitime, Richardi, Godefridi, Alberti filiorum, Hildegundis & Alheidis filiarum, heredum meorum omnium, cum pro tunc alios liberos non haberem, excepto Thiderico filio meo tunc in patria non existente, vendidi rite & rationabiliter viris religiosis . . Abbati & conventui sancte Marie ordinis cystereciensis monasteriensis Dyocesis pro sexcentis marcis legalium denariorum michi ad voluntatem meam numeratis & solutis bona mea, videlicet curiam in Hovackere, sita prope opidum Werle coloniensis dyocesis cum molendino adjacente & eorum proprietatem, libera totaliter & absoluta cum omnibus suis juri-

